

Universitätsbibliothek Wuppertal

Omnia Divini Platonis Opera

Plato

Venetiis, M.D.LVI

Timaeus Platonis

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](#)

deditam, iecori commendatam. Verum de hoc ipso iecore miram Pythagoricorum notabilis opinionem, videlicet id membrum ex certa soliditate & clara pariter lenitate sic esse contemporatum, vt speculi modum imagines rerum accipiat facile admodum atque reddat. Profecto quemadmodum imaginatio vehemens grauida mulieris in fetu tenerissimo sepe exprimit rei desiderat & notas: ita vehemens sive mentis notio, sive sensus imaginatio naturam iecoris specularem faciliter format. in hoc ipso speculo d'emones superiori futurorum effingunt imagines, quoties pacato prorsus animo aliunde illuc imagines non pinguntur. Itaque futurorum nota speculo huic infusa in mente protinus imaginationem: resultant: sed illuc sepe imaginibus alijs addid confunduntur, vt futura portendere nequeant. Quando videlicet vel mens prudentie officij occupata circa gubernanda distractabitur, vel imaginatio similibus negotiis occupatur. Vbi vero rationis imaginationis vacat prudens & continuata & laboriosa disserio. sive sepe imagines futurorum a superis in speculum nostrum profluentes, inde in iudicium manifeste resiliunt. Verum quidnam portendant discernere illius est officium, qui ab antecedentibus in consequentia prudenter sagaciterq; discurrere consuevit. At vero disserio talis impedit ratinicum, vt merito alijs sint qui prouident, alijs qui prausa interpretantur & explicant. Post hanc prosequitur materiam latissimè a medicis explicatam de humoribus complexionibusq; & mirabiliter humani corporis artificio. Atqui elegantiam Platonis in hominis corpore describendo adeo admiratus est Bartholomeus Fontius noster rhetor egregius, vt praelatura oratione probauerit, neque Laclanum, neque Cornelium Celsum, neque Ciceronem ipsum in re describenda ad miram Platonis eloquentiam accedere posuisse. Inter hac praeceptum religiosum considerabimus, non esse de diuinis vterius affirmandum, quam diuinum confirmet oraculum. Item prouidentiam in homine componendo nullam omnino aliam habuisse rationem, nisi vt contemplatione foret apertissima. Rursus res naturales in effectibus producentis non esse proprie causas, sed diuinæ prouidentiae instrumenta. Principalem namque causam singularium in ea intelligentia sita non esse, que boni rationem habens, singula futuræ & cōmoditatæ gratia fabricat. Definit deinceps quid sanitas corporis sit, quid morbus. Distinguunt quoque morborum, tum aliorum, tum fibrarum species, singularumq; rationes assignat. Quales esse potissimum rationes quas apud Galciū Platonicum legit, iandiu existimauit, ac nuper à Georgio Cyprio insigni medico sum in sententiā confirmatus. Hic enim his diebus cum ad me curandæ matris meæ gratia frequenter accederet, meq; reperiret hæc ipsa legentem, miro quodam ordine Galeni mentem cum Platonica mente coniunxit. Post hæc autem perficetam hominis valetudinem definit communem corporis animiq; concordiam. Quam tunc demum possideri putat, quando tam corpus quam anima in seipsis dissonuntur bene, deinde simul optimè componuntur. Optime inquam, id est, equali quadam mensura, vt neque robur animi nimis excedat modum corporis, neque robur corporis superet animi modum. Sed antequam perficetam hanc definit sanitatem, animi morbum distinguunt in duos, scilicet ignorantiam & insaniam. Insaniam vero duplice esse ait. Vnam qui den occultam, que in continua pronaq; ad insaniam affectione consistit, puta habitum quendam ad perturbationem aliquam propensissimum. Alteram vero manifestam, scilicet quam vel aliquatenus perturbatio supra modum aduicta detegit, vt in gradu summo cupiditas & uoluptatis, timorq; et doloris, & ira: vel vapores humorum inclusi membri inducunt, vt atrabilis ex sanguinis, vel bilis, vel salsa pituita adustione proueniens. Interea ubi aut, neminem sponte esse malum, sed propter naturam consuetudinemq; depravatam, intellige naturalem proclivitatem non mediocriter per oppositionem consuetudinem coibet ab initio posuisse: sed proclivitatem illam diuturna consuetudine confirmatam extirpari quidem omnino non posse, exacla nihilominus doctrina exhortationibusq; amputari. Docet post hæc colere corpus simul & animum, perpetuo quodam exercitationis motu. Exercitationis inquam moderate, motu inquam proprio, & ad bonum proprium rite direcio: quo virunque exercitatum atque nutritum tantum virum consequatur, vt alteri non succumbat. Optat quidem Plato corpus animo cedere, sed non ita succumbere, vt motus animi sustinere non posset. Optat corpus validum atque firmum, sed sub animo longè validiore. Mox quantum exercitationem laudet, attende: quantum temerarium pharmaceutum intueretur usum. Pronto quemadmodum tam corpus quam animam proprijs exercere & confirmare motibus iusserset, sic tres animæ vires i. rationalē, animosam, cupidam, suis quamlibet motibus præcipit conservare: Veritatem rationalem alimentis frequentioribus enutrire, ne ceteris succumbere compellatur. Ait intellectu homini pro d'emoni datum, scilicet intimo. Alterum n. d'emonem habet externum. Item rectum corporis habitum quasi celesti tributum.

Rursus eum qui vires irrationalē supra modum nutrit, mortalem euadere: quasi doceat quō accipendum sit, ubi ait hominem fieri brutum, id est bruto persimilem. Addit eum qui præcipue ait mentem, sic immortalem fieri, vt immortalitatis nulla pars de sit. Imperfetta enim immortalitas est, que motu agit perpetuum: perfecta vero, que manet: qualis viue est in eo qui sola iam intelligentia vivit, evadit: ex hoc d'emon. Ex quo intelligitur etiam, quando ait hominem effici brutum, id non propriè, sed quadam similitudine dici. Preterea ex eo subdit, summas ortas ex masculis, si placet, obscurare nobis referat Mosaiicus illud: Euam ex viro fuisse produclam. At vero gradus brutorum oēs paulatim ex graviori rationalis animæ lapsu multiplicari, intellige animam nostrā ob quandam liberi motus infinitatem, posse et intra se in brutorum oīum affectus habitusq; prouere, & extra se supplicij loco inter similia bruta, vel brutorum loca diuino quadam transfigri iudicio. Item oēs inferiorum viventium dotes in hominis aī a tanquam perfectissima contineri: atque brutorū anima in ipso rerum generationisq; ordine ad nostram referri, quasi finem. Si hunc in modum progressionem animæ rationalis in alias, atq; viceversum in hanc aliarū regressionem acceperis, forsitan à Platonicō sensu non aberrabis. Ipse n. hic sub persona Pythagorico loquens, fabulam opportune configit Pythagoricarum similem fabularum. Atque ne hæc quasi sub historica veritate forsan admittentes, non aliter quam poete soleant animalium transformationes adducit. Atqui Timaeus Locrus in libro de Mundo fabulosa hæc esse satetur. Hæc igitur sic accipio: Timaei; librum eo fine cōcludito, qui docet nos, Deum ante oīa colere, qui bona omnia sola benignitate prouidentia procreavit. Decreueram magnanime Laurenti breuiaria hic quemadmodū argumentum decere videbatur, afferre, multaq; amplioribus cōmentarijs, que in Timaeum iam designauimus, referare: Sed Philippus Valor Platonorum studioſissimus, penes quem vniuerso Platonicō operi in agro Maiano extremam manum imposuit, plura me hic coegerit effundere, Philippus Valor Valorie virtutis generofissimus hæres. Cui ego plurimum debere me fatior, tum quia Platonica egregiaq; omnia magnopere colit, tum quia singulari amore erga te tuosq; omnes afficitur.

T I M A E V S P L A T O N I S .

S O C R A T E S , T I M A E V S , C R I T I A S , H E R M O C R A T E S .



NVS, duo, tres. Quartus autem, ò amice Timae, eorum qui à me heri coniunctio acceperit, viciſsim me accipiunt nunc, vbinam est? TIM. Aduersa aliqua ualeutidine labrat, ò Socrates. Non enim sponte ab hoc cœtu & disputatione abſi- nūſſet. SOC. Ergo tuum, ò Timae, & horum erit officium, quarti illius absentis partes implere. TIM. Ita proſus. Sanè nihil quoad fieri poterit, pratermittemus. Nam cū laute ab heri accepti fuerimus, haud equum sit, si non pari alacritate qui hic sumus viciſsim accipiamus. SOC. Nō recordamini qua vobis et quam multa tra- Etāda proposui? TIM. Partim quidē recordamur, partim vero tu, si exciderint, suggeres. Imo uero nisi molestū sit breuiter illa ab exordio repeate, quo magis ea nobis cōfert. SOC. Faciū equidem. Suma disputationis hesternā erat, Reſp. qualis mihi, et ex qualibet uris optima posse fieri uideretur. TIM. Nobis certe oībus ualde probata sunt, ò Socrates, q̄ dixisti. SOC. Principio agricolas cæterosq; artifices a militibus separauimus. TIM. Certè. SOC. Cū vero cuiq; quod pro natura instinetu præcipue suū est & singula tam cum singulis artibus officia tribueremus, illis quoq; quos præceteris bella gerere oportet, id vñ duntaxat, protegēdæ scilicet ciuitatis munus iniuximus, et aduersus ex- ternos hostes, et aduersus ciues reip. euersores: ita ut er-

g a subiectos tanquam natura amicos mites sint, contra hostes vero prælio ferociissimi. T I M. Ita propositus. S O C. Duplex sane naturam in custodum animis esse deberi diximus, & iracundam, & philosophico ingenio præcipue accommodatam, ut recte in suos mansueti sint, in alienos autem feroce. T I M. Procul dubio. s o c. Quid aut de educatione dicemus? Nonne gymnicis exercitationibus, & musica, ceterisq; decentibus disciplinis, eos a nobis institutos fuisse? T I M. Valde quidem. s o c. Ita ducatos homines nego aurum, nego argentum, nego aliud quicquam proprium, aut habere, aut putare statuum, sed tanquam adiutores publicosq; ministros sola mercede contentos esse, tanta ab his quos tueruntur exhibita, quanta moderate viuentibus suffice re videatur. Stipendio præterea publico in commune uti volumus, & ad communem inter se vicium impendere ut ceteris post habitis omnibus solius virtutis & custodie curam habeant. T I M. Hec quoq; ita abs te dicta fuerit. S O C. Naturam præterea mulierum non aliter quam virorum effungi præcepimus, studiaq; oī a tam belli quam pacis mulieribus cum viris esse coia. T I M. Id quoq; dictum. s o c. An tenetis memoria qua de procreandis liberis diximus? Forte vero ob rei ipsius nouitatē firmiter tenuistis. Comunes quippe nuptias liberosq; statuimus, ut nemo natos suos discernat, sed omnes ab omnibus consanguinei existimetur, dum aquales fermè natu fratres sororesq; vicissim se iudicant, maioribus vero patrum vel aurorum reverentiam exhibent, erga minores autem tanquam filios & nepotes afficiuntur. T I M. Hec quoq; memoratu facilita sunt. s o c. Ut autem quam optimi ab ipso initio pro viribus gigneretur, magistratus viri sexus nuprys possumus, qui clam sortibus quibusdam operam darent, ut prauis prauis, boni contra bonis mulieribus misceretur, nego, nulla ob hoc discordia oriretur, cum in congressu minus proferro, quisq; fortunam potius sit, quam consilium principiū culpaturn. T I M. Recordamus. s o c. Præterea sanximus honorū factus in patria alendos esse, aliorū vero alios alio clām mittendos. Adulcos demū virosq; diligenter considerādos: ut si qui inter relegatos bona indolis sint, in patriā renocentur: si qui vero inter domesticos contra videantur affecti, simili ter relegētur. T I M. Ita statutum est. s o c. Num satiā hesternam disputationem quantum cōpendio licet, narravimus? an aliquid et à me prætermissem, o amice Timae, recenseri desideras? T I M. Nihil sane. hæc nō fermē sunt q̄ tractabas. s o c. Audite deinceps quo pacto erga hanc quā descripsimus remp. sim affectus. Comparatione planè vobis aperiā. Quemadmodū si quis aī alia eximiae pulchritudini intuitus seu pīcta, seu viva quidem sed torpēta, motus gestusq; viuentū certamen aliquod eorum spectare desideret, sic ego nunc libenter aliquem narrante audiērem quo pacto supra descripta ciuitas cum finitimiis ciuitatibus deceraret, quidue tanta eius educatione disciplinā dignum, vel bello vel pace, tam dicendo quam agendo erga ciuitates singulas demonstraret, equidem, o Critia, & Ermocrates, mibi conscius sum non posse me eam urbem virosq; pro dignitate laudare. Me quidem non posse nihil mirum, sed de veteribus quoq; & huius seculi poëtis idē existimo: non quo poëticum genus contemnam, sed quid euidē vnicuiq; sit, imitationis studiosos ea facile & optimè imitari, in quibus fuerint educati: aliena vero longe ab eorum educatione remota, operibus

quidem difficile, verbis etiam difficilius posse prout conuenit emulari. Sophistas utiq; & dicendi et aliarum formē præclarissimarum artiū peritos esse arbitror: sed quia multas quotidie ciuitates pererrant, nec proprias sedes ulas habent, vereor ne conjectura quidem assequi nequeat, quam multa & qualia viri philosophi atq; ciuiiles, tam bello quam pace erga singulos verbis & operibus agant. Sola igitur vestra professio superest, tum natura, tum disciplina philosophiae & rerū gerendarum studio pollens. Timaeus quidem hic ex Locris, quæ vrbis in Italia iustissime gubernatur, nobilitate & opibus præstantissimus, summis magistratibus & honoribus functus est, & ad summa totius philosophiae fastigia, ut opinor, ascendit. Critiam quoq; scimus hæc utraq; consecutum. Hermocrates etiam naturam educationemq; his omnibus quæ diximus tractandis esse accommodatam, cum multis testimonijs moneamur, dubitare non licet. Quapropter regantibus vobis heri de republica disputari, libentissime parvi, cum cogitarem, quod deinde in instituto operi superforet, a nemine commodius quam a vobis, modo velitis, possetra. Et ari. Cum enim ciuitatem ad bellum idoneam constitueritis, soli omnium vos quæ eam decent, vicissim omnia tribuetis. Cum vero in superioribus, quæ mibi iniuncta fuerant perfecissem, quæ modo retuli vobis tractada comisi: vos autem comuni consensu imperatum munus mutuo mibi parandi nunc sermonum conuiuijs recepsisti. Ego igitur adsum ad promissas epulas paratissemus. HER. Nos quoq; oī, o Socrates, ut pollicitus est modo Timaeus, quod iubes pro viribus exequemur, p̄fertim cum nullus excusandi sit ratio, quo minus id facere debeamus. Nam præterito die cum disputatione peracta mox ad hospitium apud Critias suscepimus, rediremus, & inter euā primo, & domi rursus de his rebus verba fecimus. Hic igitur nobis veterē narravit historiam, quam vñim, o Critia, Socrati modo recenseas, ut cum audinern, iudicet nunquid ad eam rem quam nos exequi iubis, conducere videatur. C R I T. Faciendum est, si ita Timaeus quaque videtur, tertio disputationis huius participi. T I M. Videtur sane. C R I T. Audi Socrates miram quidem, sed plenam veritatis historiam, quam solo septem sapientum sapientissimus recensebat. Erat enim domesticus ad modum amicusq; Dropidis prouai nostri, quod in carminibus suis ipsem sape testatur. Auo autem nostro Critiae, ut ipse nobis senex postea referebat, quandoque narravit res gestas huius urbis memorabiles, diurnitate temporis hominūque interitū oblitteratas. Vnum vero præ ceteris facinus insigne recepsit, quod vobis nū narrandum censeo, ut & tibi morem geramus, & de cui hodierna pompa dicata est, hac narratione quasi quādam hymnorū cantu, ut par est, honoremus. S O C. Reclē loqueris. sed quid istud tandem est, quod Critias, non quasi verbis descriptum, sed quasi ab haccūitate quondam gestum ex solonē narratione vobis aperuit? C R I T. Referam priscam mīhi puerō traditam ab auo historiam. Cum ageret Critias annos, ut ipse dicebat, circiter nonaginta, ego vero decem, celebraretur solennis ille dies, in quo ad canendum carmina pueri concūci solent, congregati sumus & nos vñā cum proximis notisque pueris, nobisque à parentibus carminum canendorum certamen est iniunctum. Plures

multorum poëtarum carmina non pauca memoriter pronunciata sunt, & Solonis versos à plurimis puerorum reportè nouitatem poëmatis admirantibus decantati. tū contributio quidam, sive quod ita iudicaret, sine quod Critia blandiri vellit. Videri sibi inquit, cum in ceteris sapientissimum fuisse Solonem, tum in carminibus poëtarū omnium generosissimum. Hūs verbis, ut recte memini, Valde latens est senex. atq; ita ridens, inquit: Si Solo, o Amynander non tantum relaxandi animi gratia, sed dedita opera serioq; sicut alijs poësim esset secutus, vel histriam quam ab Aegypto reversus instituerat absoluisset, à qua quidem seditionibus ceteris q; ciuitatis fluctibus turbatus medio in cursu defitit, nec Homero, nec Hesiodo, nec alio quoquam poëtarum, ut opinor, inferior extitisset. Ad hæc ille: Qua de re, o Critia, tractare Solo instituit? De maximis, inquit, rebus ab hac ciuitate quondam gestis, quarum memoria apud nos temporis diutinata & interitu hominum extincta est. Dic quæso, inquit, o Critia, quid illud opus, & quo album, & à quibus habitum tanquam verum Solo narrabat. Est, inquit, Aegypti regio Delta, cuius è vertice scinduntur fluentia Nili. Eius campi, Saitica prefectura nō antur. In quibus maxima ciuitas est, quam Saim vocant. Unde Amasis fuit rex. Vrbis eius fondatrix dea fuit, quā Aegypti Neithen, Graci Athenan nō ant. Ipsi porro homines Atheniensium amici sunt, eisq; genere quodam coniunctos esse se prædicant. Quò Solo profectum se honorifici acceptum fuisse referebat. Et cum de vetustatis memoria ab illis sacerdotibus qui in hac re ceteroru peritisserant, q; fuisse, expertū se esse dicebat, neq; seipsum neq; alium Græcorum quenquā cognitionem antiquitatis ullā babere. quandoq; verò coram sacerdotibus, ut eos ad sua narranda provocaret, de antiquissimis illis Athenarum gestis rebus verba fecisse, Phoroneo primo & Niobe, postq; inundationem mundi de Pyrrha & Deucalione, eorumq; posteritate, & de temporibus quibus singula contigerunt. Tunc ex sacerdotibus quedam grandem natu dixisse: O Solo Solo, Graci pueri semper estis, nec quisquam in Graecia senex. Cur istud diceret, percontante Solone, respondisse sacerdotem: Quia iuuenis semper vobis est aīus, in quo nulla est ex vetustatis comemoratione, præfca opinio, nulla cana scientia. Quod ideo vobis contingit, quia multa & varia hominum exitia fuerunt, eruntq;. Maxima quidem aut ignis conflagratione, aut aquæ inundationibus prouenire necesse est: minora vero alijs quibuslibet calamitatibus fieri. Nam quod apud vos fertur, Phæthonem quondam Solis filium currus ascendi paternos, nec patris aurigatione seruata, exuississe terrena, ipsumq; flammis cœlestibus conflagrassæ, quamvis fabulosum videatur, verum quodammodo esse putandum est. Fit enim longo temporum intervallo cœlestis circuitus permutatio quædam, quam inflammationis uastitas necessario sequitur. Tunc hi qui edita & arida incolunt loca, magis pereunt, quam mari fluvijq; vicini. Nobis porro Nilus cum in plerisq; rebus salutaris est, tum huiusmodi à nobis arcet exitium. Quando vero dī aquarum colluvione terræ sordes diluunt, pastores ouium, atque bubuli qui in montium habitant, periculum illud euadunt, uel træ autem ciuitates in planitia sit & impetu fluminum ad maria rapiuntur. Sed in hac nostra regione neq; tūc,

Aegypti natura.

R. iiiij suit

suit talens, quæ esset sui similes homines editura. His itaq; legibus, veteriam honestioribus institutionibus formati veteres Athenienses omni virtutum genere præce-
seris omnibus excelluerunt, ut decebat eos qui dñs geniti editiæ essent. Multa quidem & mirabilia vestra ciuitatis opera in monumentis nostris leguntur, sed unum ma-
gitudine & virtute præcipuum facinus. Traditur enim vestra ciuitas restitisse olim innumeris hostium copijs, q
ex Atlantico mari profectæ propè iam cunctam Europam Asiamq; obfederant. Tunc enim erat fretum illud nau-
gabile, habens in ore & quasi vestibulo eius insulam,
quas Herculis Columnas cognominatis: ferturq; insula illa Libya simul & Asia maior fuisse, per quā ad alias proximas insulas patebat aditus, atq; ex insulis ad oēm continentem è conspectu iacētem verò mari vicinam. Sed intrà os ipsum portus angusto sinu fuisse traditur. Pela-
gus illud verū mare, terra quoq; illa verè erat conti-
nens. In hac Atlantide insula maxima & admirabilis potentia extitit regum, qui toti insulæ illi, multoq; alijs, & maxima terra continentis parti, præterea & his q

De veterib.
Atheniensi-
bus & Ae-
gyptiacis hi-
storijs.

penes nos sunt, dominabantur. Siquidem tertia mundi parti que Libya dicitur, usq; ad Aegyptum imperauerunt, Europe verò usq; ad Tyrrhenum mare. Horū vis omnis vna collecta nostram, ò Solo, vestramq; regionem, & quoquid intra columnas Herculis continebatur, in-
uasit. Tunc vestra ciuitatis virtus in omnes gentes en-
truit. Quæ cum oēs magnanimitate bellicisq; artibus an-
recelleret, partim vna alijs Græcis, partim sola ceteris deserentibus, extrema discrimina subiit, hostesq; expu-
gnauit, amicis seruata vel redditâ libertate. Post hec ingēti terramotu iugij diei unius & noctis illuione fa-
ctum est, ut terra deinceps vestros illos vna oēs bellicosos hoēes absorberet, et Atlantis insula siob vasto gurgite mergeretur. Quam ob causam inuigabile pelagus illud propter absorptæ insulæ limum relictum fuit. Hac, ò So-
crates, eorum quæ Critias maior à Solone accepta narra-
bat, summa est. Sed dū p̄eerto die de rep. cuiuslibet suis differeres, subiit mihi qđam ex recordatione admiratio, cogitanti videlicet diuina quadam sorte factum esse, ut similia quædā hanc ab re Solonis historia traderes. ob eam verò causam nihil tunc protuli, quoniam ex diuina negligentia non satis reminiscebar. Satius igitur ipse ce-
sui, ut prius quam referre vobis inciperē, meū ipse repe-
terē. Ideo verò statim imperio tuo cōfensi, quia confidebā ut in rebus hīoī maxime decet, aliquid me quod propo-
fit & rei congrueret reperturum. Ita heri, ut iste ait, post discessum protinus his prout tunc recordabar, recensui.
A nocturnis deinde vigilijs penè omnia recuperavi. Pro-
fello quæ in pueritia discimus, diutius firmiusq; ut fer-
tur, meminisse solemus. Atq; haud seio, an qua heri au-
dini, referre nunc omnia memoriter possim: quæ vero puer accepi, mirabor euidem si quid eoru memoria mihi exciderit. Ea quippe cum voluptate & ioco audiebam, cum & senex ille libenter me doceret, & ego ab illo se-
culo sciscitaret. Quapropter quasi quædā literarū inusta indelebiliter nota, ea mihi omnia infixæ memoria permā-
serunt. Atque his etiam ante solis ortum ipsa narravi, ut vna mecum essent ad hanc orationem paratores. Ve-
rū ut ad id quod hæc oī a spectant, me conferā, paratus sum, ò Socrates, nō modo summatum, sed sigillatum sicut

audiui omnia enarrare. Ciuitatem utique & ciues ques-
quasi per fabulam hesterna disputatione finxisti, rem ve-
ram esse ponemus. Ciuitatem quidem illam, Athenian-
sem hæc urbem esse. Ciues quoque quos ipse exogitabas,
nostros illos maiores à sacerdote narratos fuisse cœsbimus.
Nempè omnino hæc congruent, neque ab re fuerit, si ci-
ues tuos reuera prisca illos extitisse dixerimus. Quare
communiter rem ipsam inter nos partientes conabimur o-
mnes muneri abs te nobis imposito pro viribus satisfacere.
Sed vide, ò Socrates, nunquid sermonem huc probemus,
an alium exigamus. SOCR. At enim quem, ò Critia, ser-
monem magis quādā istum probabimus? qui presentibus
deoꝝ sacris propter propinquitatem quandam misericordia con-
gruit. Maximum verò illud est, non sicut a nobis fa-
bulam, sed veram historiam recenseri. Quoniam igitur
pacto & vnde, hac spreta, disputationem aliam exordie-
mur? Certè non licet. Ideo bonis fortuna auxilijs opor-
tet iam tam vos differere, quādā me pro hesterna nar-
ratione, hodie silentio vos audire. C.R.P. Considera Socr-
ates, an commodè mutuum tibi conuiuum disposuerimus.
Visum nobis est, ut Timaeus tanquam in Astronomia no-
strorum omnium peritisimus, maximè in rerum na-
tura cognoscenda versatus, primus edisserat, ita ut à
mundi generatione exordiens usq; ad generis humana-
turam deueniat. Atq; ego deinde suscipiens homines à
Timaeo quidem genitos, à Critia verò ut plurimum in-
stitutos, secundum Solonis sermonem legemq; in indicium
vestrum adducam, ciuitatisq; istius ciues officiam eos
qui prisci illi Athenienses fuerunt, quos iam extincos
sacræ Aegyptiorum literæ in lucem & tenbras eruerunt,
adeo ut de illis deinceps tanquam de veteribus Atheni-
ibus verba frant. SOCR. Copiosam & splendida-
disputationis mensam apparauisse mihi videris. Tu er-
go interest, ò Timae, inuocatis secundum legem dñs,
disputationem iam exordiri. TIMAE. Probe consulit
Socrates. Nam cum omnes qui mentis quoquo modo com-
potes sunt, in operis cuiuslibet vel magni vel parvi prin-
cipio inuocare deum soleant, quanto nos equi est de
vniuerso seu genitum sit, siue ingenitum disputationis,
nisi forte despissimus, inuocare diuinam opem? Ergo deos
omnes deasq; precamur, in primis quidem, ut ea dicantur à nobis, quæ illis placeant: deinde ut nobis ipsos con-
stemsus. Quantum ad deos attinet, sic à nobis oratum
sit. Sed quod ad nos spectat, posendum est, ut & nos
facile assequamini, & ego secundum mentis proposi-
tum rem ipsam qua de agitur transigam. Principia
ita mihi distinguendum esse videntur, quid sit quid
semper est carens generatione: quid vero quod digni-
tur quidem, neque est inquam. Illud intellectu per-
rationis indaginem percipi potest, cum semper sit idem.
Hoc opinione per irrationalem sensum attingit, cum
gignatur, & intereat, neque vere inquam sit. Qui-
quid autem gignitur, ex aliqua causa necessario gi-
gnitur. Sine causa vero oriri quicquam impossibile est.
Quando igitur opifex in operis alicuius constructione ad
id quod eodem modo se habet semper aspicit, & huius-
modi quodam vissu exemplo ideam vnuq; in opus edu-
cit, pulchrum fieri tunc opus omne necessarium est:
quando vero ad id quod factum est respicit, minimè pul-
chrum. Vniversum igitur hoc, Cælum, siue Mundum,
siue

sine quo alio vocabulo gaudet, cognominemus. De quo primum consideremus, quod in questione de universo ante omnia inuestigari debet: utrum ne semper fuerit sine ullo generationis principio, an genitum sit ab aliquo principio sumens exordium. Id profecto cernitur, tangiturque, & corpus habet. Omnia vero huiusmodi sensus mouent. Quae sensus mouent, opinione per sensum percipiuntur. Hec vero talia esse constat, ut gignantur et genita sint. Quicquid autem gignitur, ab aliqua causa necessario gigni assertum. Opificē quidem & patrem mundi inuenire difficile, et cum iam inuenieris predicare, eloqui vultus impossibile est. Rursus considerandum est utrum mundi faber sit imitatus exemplar: idne quod idem semper et simile est, an id quod genitum fuerit. Atqui si pulcher est hic mundus, & opifex mundi bonus, sempiternum certè exemplum maluit imitari. Si secus, quod ne dictu quidem fas est, generatum exemplar est pro aeterno secutus. Cum vero & mundus omnium genitorum pulcherrimus sit, & eius autor causarū omnium optimus, dubium non est quin sempiternū sit secutus exemplum. Sic igitur generatus, ad id est effectus, quod ratione & sapientia sola comprehendendi potest, & immutabile permanet. Ex quo efficitur, ut necesse sit huc mundum alicuius simulacru mō esse. Rōnem vero originis naturaliter explicare difficilimum est. Ideo de simulacro et exemplo sic distinguamus. Rōnes viri cū his rebus quas exprimit, cognitionem quandā habere videntur. Ergo cum de refirma et stabili et mēte cōprehendenda differatur, stabiles similiter immutabilesque & quam maximē fieri potest inexpugnabiles rationes esse oportet. Cum vero de ipsis rei firmae stabilisque simulacro disputatur, verisimiles rationes sufficiunt, quae ita se ad superiores habeant rationes, ut simulacrum ad exemplum. Nempe quod est ad generationem essentia, id ad fidem est veritas. Cū ergo, o Socrates, multa de diis mundi generatione à multis dicta sint, ne mireris obsecro, si rationes de ipsis probarisimas exactissimasque afferre non possem. Satis n. factum putare debebis, si non minus probabiles quam quiuis alius rōnes attulerim. Aequum est me minisse, & me qui differam & uos qui iudicabitis, homines esse: ut si probabilia dicentur, nihil videris requiratis. s. o. c. Scite loqueris, o Timae. Quare nos, ut inibes, agendum putamus. Exordium quidem hoc orationis mirifice approbavimus. Sed age deinceps disputationē perage. T. I. M. Dicamus igitur quam ob causam illę rerū autor generationem & hoc uniuersum constituit. Bonus erat. Bonus aut nulla unquam aliqua de re inuidia tangitur. Ergo cū liuor ab eo alienissimum esset, oīa sibi quantum fieri poterant similia fieri voluit. Si quis hanc gignēdi mundi causam p̄cipiam à prudentibus viris acceperit, rectissime profecto accipiet. Itaq; cū vellet deus bona oīa fore, nihil vero quoad natura pateretur malū, quicquid erat quod in cernēti sensum cadere posset, assumpit, non tranquillū & quietum, sed temere agitatū & fluitans, idq; ex inordinata iactatione redegit in ordine. Hoc n. iudicabat esse præstantius. Fas aut neg, erat neg, est quicquā nisi pulcherrimū facere eum, qui est optimus. Cum igitur excogitasset, inuenit nihil eorum, quae secundū natūra aspectus subjecta sunt, si expers intelligentia sit, intellectū vero alicui sine aīa dari non posse. Hac rōne mentem qui

dem anima, animam vero corpori dedit, totumq; ita mundum constituit, ut pulcherrimū natura opus opimumq; foret. Quocircum sicut ratio nobis hec probabilita persuadet, dicendū est, hunc mundum animal esse, idq; intelligens,

Definitio mundi.

revera diuina prouidentia constitutū. Hoc posito, quod sequitur videamus, ad cuius animalis similitudine deus mundū constituit. Vni cūdam proprietatem animalium spe cie similem fecisse, ne arbitremur. Nam si imperfecto animali similis esset factus, pulcher certe non esset. Imo vero illius animalis cum simillimum esse dicamus, cuius animalia cetera & singulatim & generatim partes sunt. Illud siquidē viventia omnia, quae sola mente perspicuntur, in seipso complectitur, quemadmodum mundus hic nos & cetera quae cernuntur animalia continet. Volens itaq; deus omnium que intelligi possunt pulcherrimo et undique absoluto mundū hunc simillimum reddere, animalū ipsum efficit, aspectus subiectum, animalia cuncta natura sua conuentia intra suum limitem contingens. Proinde recte mundū unum diximus? an rectius


Vnus an plures innumerabilēsue dici oportuit? Vnum profecto, si modo ad unius similitudinem sit formatus. Quod enim ui-

nentia oīa quacunque intelliguntur continent, socium alterū habere non potest. Alioquin aliud animal, quod haec duo continet, esse oportet, cuic duob; haec partes sint, nec illorum, sed tertij huius, mundus hic simulacrum reūtius diceretur. Ut igitur hic mundus esset animali absolu to simillimus, ex eo quod solus atq; unus esset, idcirco nego, duo neq; innumerabiles procreatis sunt, sed unus mundus unigenitusq; factus est & erit. Quoniam vero corporis, spectabilis, & tractabilis erat futurus, ac sine igni videri nihil potest, nihilq; sine solido tangi, & solidū absq; terra nihil, ideo in operis huius exordio deus ignem primo terramq; creauit. Sed duo sola absq; tertio quodam comode cohædere non possunt, mediumq; aliquod vinculum terrorūque desiderant. Vinculorum vero id est aptissimum atq; pulcherrimum, quod ex se & ex ijs quae astringit, quam maximē unū efficit. Hoc maxime proportio ratioq; alterna copiarionis sequitur. Quando enim in tribus numeris aut molibus aut viribus medium ita se habet ad postremum, ut primum ad medium, viciūq; ut postremum cum medio, ita medium cū primo congruit, tunc quod medium est, & primum sit & postremum, postremū quoque & primum media sunt. Ita necesse est cogit, ut omnia quae sic denicēta fuerint, eadem inter se sint. Eadem vero cū facta sint, efficitur ut oīa sint vnum. Quod si uniuersi corpus latitudinem habere debuisse, nullam vero profunditatem, vnum sane tum ad seipsum, tum ad extrema vincienda interiectum medium sufficeret. Sed cum soliditatem mundus requireret, solida vero non uno, sed duob; semper mediis copulentur, inter ignem & terrā deus aīem aquamq; locauit, eaq; inter se inuicem quoad fieri poterat, comparauit, ut quae admodum ignis ad aerem, ita aer ad aquam: ut aer ad aquam, sic aqua ad terram congrue conferatur. Quae ex coniunctione ita constitutus est mundus, ut affici tangi posset. Propterea ex hīoī rebus numero quattuor, mundi corpus conflatum est, ea connexum comparatione qua dixi. Ex quo seipsum amicitia concorde complectitur, atque ita apte cohæret, ut nequeat dissolui ullo modo, nisi ab eodem à quo est colligatum.

Quattuor

Mundus ex mundis ex suis faber ita ipsum composuit, ut nullam cuiusquam istorum partem aut vim extra relinqueret. Id est ea ratione fecit, primum quidem, ut totum hoc animal quam maximè perfectum ex perfectis partibus esset. Deinde ut esset unum, cum nihil extra relictum fuerit, ex quo alterum generetur. Postremo ne quis ipsum morbus aut senectus attingeret. Videlicet n. eam esse naturam corporis, ut importuna caloris vel frigoris aliarumque rerum nimis vehementium accessione laceratur, et in morbos seniumque impulsu deficiat. morbus ab Quam ob causam rationemque unum totum ex omnibus totis externiscau perfectis perfectum, morbi et senectutis experte densis. ex qui mundum constituit. Cui et figuram maxime congruam esse ater et decoram dedit. Animal quippe hoc, quod intra suum ambitum erat animalia omnia contentur, eam figuram principie requirebat, in qua figure oes contineretur. Quia propter sphaericum fecit, in quo omnis extremitas partibus a medio radis attingitur. quae quidem figura omnium perfectissima sibi ipsi similima indicatur. Putabat n. simile di simili multo pulchrius esse. Lenem præterea hunc globum extrinsecus undique expoliuit. Nec immerito summa en equalitate tornauit. Nec enim oculis indigebat, quia nihil extra quod cerni posse, relictum erat. Nec auribus, cum nihil superesse foris quod audiretur. Nec erant aere circumfusa externa mundi, ut respirationem requireret. Nec membris quidem talibus opus erat, per quae nona alimenta susciperet, aut decocti cibi excrementa emitteret: nulla decessio fieri poterat, nulla accessio. Nee n. erat aut quo aut unde talia fierent. Ipsum enim se consumptio et senio sui ipsius alit. Ita nempe diuina arte fabricatus est mundus, ut omnia in seipso et a seipso patiatur, et agat. Ratus n. est ille auctor, mundum si sibi ipse sufficiat, praestatio fore, quam si aliorum administratio egeat. Nec ei manus necessarias esse duxit, quia neque capendum quicquam erat neque repellendum. Nec pedibus aut alijs ad progressum statimue membris opus erat. Motum enim illi coagrum suo corpori tribuit, qui ex septem motibus unus ad mente maxime et intelligentiam pertinet. Ideo cum illum per eadem, et in eodem, et in seipso circunduxisset, effecit ut circulari conversione moueretur. Sex aut reliquos motus separauit ab eo, et ab eorum errore et periuagatione penitus liberavit. Ad hanc igitur conuersionem quae pedibus non egebant, curva pedesque non dedit. Cum hanc igitur deus ille qui semper est, de aliquando futuro deo cogitaret, lenem ei effecit aqualemque, et a medio ad summum undique param, corpusque ex corporibus totis et perfectis totum atque perfectum: Anima aut in eius medio collocauit, per quem totum tetendit, atque ea corpus ipsum et extrinsecus circumtextit, mundumque hunc unum et solu solitariumque et circularem volvi in circulum statuit, qui propter virtutem secum ipse facile coercere posset, nullius alterius indigens. statuque ipse notus atque amicus. Itaque oibus his de causis mundum opifex eius beatum deum efficit: sed animam haud ita, ut modo dicere cœpimus, tum denique cum corpus ei effecisset, procreavit. neque enim qui haec coniunxit, pare re iuniori antiquius permisisset. Sed nos multa vicepoter fortunæ participes inconsiderate et temere loquimur. Ille vero tam generatione quam virtute priorem antiquiorumque animam corpore constituit, ut poterit quae obedienti cor

pori effet imperatura, ex his videlicet, atque hoc pacto. Ex ea substantia quae individua et semper eadem similique est, et ex ea rursus quae circa corpora dividua sunt, tertia substantia specie commiscuit medium, quae rursus effet natura ipsius eiusdem, et natura ipsius alterius particeps, eamque per hoc medium constituit



inter individuam substantiam, et eam quae circa corpus dividitur. Ea cu tria sumpsiisset, in unam speciem omnes temperauit. Vbi natum eius quod alterum diversumque vocamus, commixtione repugnat, cum eo quod idem dicitur ut quadam conciliauit. Postquam vero duo illa cum substantia commiscuit, et ex tribus unum fecit, rursus id totum in ea quae decuit membra partitus est, quorum quotlibet ex tribus, eodem altero, substantiaque costraret. Fuit autem talis illa partitio. Vnde principio accepit ex universo portionem. Secundum autem primam partis duplam. Deinde tertiam, quae secunda et sesquialtera esset, prima tripla. Postea quartam, secunda dupla. Quintam deinceps tercia tripla. Sextam prima octupla. Postremo septimam, quae partibus sex et uiginti primam excideret. Post hanc dupla et tripla internalla replenit partes rursus ex toto desecans. quas internullis ita locauit, ut binas essent in singulis media sine ut ita dixerim, medianas: quarum una eadem parte excedit alterum extremum, eadem ab altero superatur. Altera medianas par numero extremum unum superat, pari superatur ab altero. Cum vero sesquialtera internulla, sesquitertia et sesquiocula sumpsiisset, ex his nexibus in primis spatij, sesquiocula autem internulla sesquitertia omnia explebat, particula singulorum reliqua. Huius autem particulae internulla assumpto ea inde habebatur numeri ad numerum in terminis comparatio, quae est inter ducentos quinquaginta sex, et ducentos quadraginta tres. Nam vero commixtum illud unde ista fecerat, totum huiusmodi partium sectione comprehendit, et ex una duas fecit, medianaque media in speciem x, Graeca litera accomodatauit. Deinde in orbem intorsit, quo ad ita coirent inter se capita, ut linea ipsa et seu et secundum eum erogatione intersectionis ipsius coniungerentur: atque e motu qui in eodem et similiter semper revoluitur, undique est



est eas circūplexus : & circulorū alterum exteriorem, interiorem alterum fecit . Exteriorem quidem lationē eiusdem naturae, interiorem vero alterius nominauit . atque illam qua erat ipsius eiusdem naturae cognata, in latus ad dexteram partem : eam vero q̄ alterius, per diametrū ad laevam flexit . Sed principatū dedit eiusde ipsius similiq̄ agitationi . Eā nāq̄ solā induisam reliquit intēriorem vero cū sexies diuisisset , septemq̄ orbes in aquales dupli & tripli interuersis effecisset, singula cū tria sunt vtriusq̄ contrarijs inter se cursibus orbes peragere insit, & ex septē interioribus tres quidē pari celeritate, quatuor vero & ad se & ad reliquos tres celeritate quidem impari, debita tamen rōne conuerti . Postquam igitur secundū creatoris illius mentē tota ā constitutio absoluta fuit, mox oē corporeum intra ipsam effinxit, mediumq̄ mediae accōmodans apto modulamine copulanit . At illa ā medio per oē v̄sq̄ ad cœli extrema se porrigena, eiq̄ extinsecus circūfusa, seq̄ in seipsa conuertens, ita sempiterna sapientisq̄ vita in uniuersum tps diuinū dedit exordium . Et corpus quidem cœli spectabile factum est, ā a vero oculorum effugit obtutum, rōnis & modulaminis compos ab autore suo oīum quæ semper sunt & ad intelligentiam pertinent optimo, ipsa quoq̄ optima oīum q̄ genita sunt effecta . Quoniam igitur ex tribus partibus, eadē scilicet, & altero, & essentia coſtata ēst, rōne proportionis distincta atq̄ compacta, nēcnon in seipsam orbe reflectitur, quoties aliquid attingit quod essentiam diuidam habet & quod individuam, in seipsam oīno conuersa quid sit vtrung, discernit, & cui quid idem sit, ā quo alterū & diuersum, ad quid queq̄, & ubi, quo, & quando esse hmoi aliquid vel pati contingat, tam in yis q̄ gignuntur, quam in illis quæ semper sunt eadem . Ratio porro ad ipsum quod idē vergens atq̄ veridica, tā circa alterum quam circa idem versata, & sine sono strepitū, oī in eo quod seipso mouetur revoluta, quando ad sensibile aliquid se conuertit, si tunc ēt alterius diuersaq̄ naturae circulus recte per oēm ipsius ā am rem ipsam nūciet, opinione siveq̄ affensiones firmas verasq̄ producit . Quando rursus circa rōnale se versat, & ipsius quod idē est circulus se apte revoluens rem denunciat, intellectus necessario sciētiāq̄ perficitur . Haec quisquis in alio quam in ā a fieri dixerit, ā vero penitus aberrabit . Cum igitur hoc ā se factum sempiternorum deorum pulchrum simulacrum moueri & vivere pater ille qui genuit ā aduertet, delectatus est opere, & hac dulcis letitia opus suo multo et magis primo illi exemplari simili reddere cogitauit . Itaq̄ quēadmodum illud sempiternum ā al ēt, ita uniuersum hoc pro viribus tale facere st̄atuit . Illius quidem ā alis ēternā natura est: quod genito operi congrue re oīno non potest . Idecirco imaginem cui mobile effigere decreuit, ac dū cœlu exornaret, fecit ēternitatis in unitate manentis ēternam quandā in numero fluentem imaginem, quam nos tps vocamus . Dies porro & noctes, & menses, & annos, qui ante cœlu non erant, tūc nascente mundo nasci insit . quæ oīa temporis partes sunt . Atqui erat & erit, q̄ nati temporis species sunt, non rellē ēternā substantiā assignamus . Dicimus n. de illa, est, erat, & erit . Sed illi reuera solum esse copetit . Fuisse vero & fore deinceps, ad generationem tempore procedentem referre debemus . Motus n. quidam dū illa

sunt. Aeterna autem substantia cum eadem semper et immobilis perseveret, neque senior se ipsa fit unquam neque iunior, neque fuit haec tunc, neque erit in posterum, neque recipit eorum quicquam, quibus res corporeae mobilesque ex ipsa generatione conditione subjiciuntur. Nempe haec omnia temporis imitantur aenum, sed numero revolutis, species sunt. Saepe etiam dicimus quod factum est, esse factum: quod sit, in generatione esse: quod fiet esse faciendum: et quod non est, non esse. Quorum nihil recte et exacta ratione dicimus. Sed exquisitam de ipsis discussionem praesens disputatio non requirit. Tempus vero una cum celo factum est, ut una ortu, una etiam dissoluantur, si qua his dissolutione unquam contigerit. Et ad exemplar aeternae naturae ideo factum est, ut mundus hic illi praestantiori quoad potest similissimus sit, ille .n. mundus, huius exemplarum per aenum est. Hic vero per perpetuum per omne tempus fuit, sitque solus, et erit. Hac ratione consilioque dei tempus creare volentis, Sol et Luna, et aliae quinque stellae que vocantur erraticae, factae sunt, quo temporis numerus distinguatur atque obseruetur. Cum vero stellarum hominum corpora septem fecisset deus, septem orbibus qui alterius ipsius diversaque naturae circuitu voluntur, adhibuit. Lunam in primo supra terram circuitu posuit. In secundo Solem. Luciferi deinde globum, et Mercurij sacrum ut dicitur orbem circuitus affixit, Soli velocitate aequalibus, potentia vero illi contrariis. Quo sit ut apprehendant se inuicem, et a se vicissim apprehendantur similiter haec stellae, Sol, Lucifer, et Mercurius. Ceterarum stellarum ordines progressusque et rationes si quis omnino percurrere velit, plus erit opere ipso, quod operis gratia sumetur. Haec n. forte a nobis pro dignitate rei alias si dubitatur otium tractabuntur. Postquam vero singula que ad serie temporis pertinebant, conuenientem sibi progressum sortita sunt, corporaque nexibus compacta vitalibusque alia eiuscunt, prescriptum tenorem et institutum ordinem tenuerunt: ut videlicet secundum alterius diversaque naturae obliquam agitationem eiusdem ipsius agitationi subiectam, orbes illi partim ampliores, partim angustiores circumulum peragant: et quod minorem, velocius: quae maiorem, tardius revoluantur. Secundo vero ipsum eiusdem naturae latitudinem, quae velocissime percurrunt comprehendentia, a tardioribus comprehendi videntur. Omnes quidem eorum circuitos superna illa vertigo varia circuitione revolues, propterea quod isti duabus simul contrariis motibus agitantur, id quod tardissime ab ipsa quae velocissima est reddit, proximum declaravit. Ut autem esset quadam velocitatis illorum tarditatisque mensura certissima, omniumque octo motuum prodiret in lucem chorea, accedit lucem clarissimam deus in secundo a terra circulo, quam modo Solem vocamus. Cuins splendore calum omne illustraretur, et animantes omnes quaecunque natura numeri capaces sunt, ipsius participes efficerentur, usum numerandi discentes ab illo eiusdem similisque naturae circuitu. Hinc quoque noctis dieque varietas orta est. Propter hac etiam unius sapientissimi circuitus revolutionis. Mensis vero prouentus, quando Luna illustrato circulo suo Solem consecuta est. Anni, ubi Sol suum peragravit orbem. Ceterorum autem siderum ambitus ignorantes homines, praeter admodum paucos, neque nomine certi illos appellant, neque numeris inter se distinctis commetuntur.

metiuntur. Itaque, ut ita dixerim, nesciunt horum pernagationes id ipsum esse quod rite dicitur tempus, multitudo infinita & varietate mirabili praeditas. Est tamen intellectu facile, quod perfectus numerus temporis, perfectum tunc demum compleat annum, cum octo ambitus confectis suis cursibus, quos orbis ille semper idem si militer & procedens metitur, ad idem se caput retulerint. Has ob causas nata sunt ea astra quae per celum meatus conversiones habent, ut hoc omne animal quod videmus, esset perfectissimo animali illi quod mente perspicitur, harmonia imitatione simillimum. Nam vero cetera usq;

Genera ani-
malium.

ad temporis ortum, ad imaginem propositi exemplariis effinxerat. Sed quia mundus hic nondum animalia omnia inter suum ambitum continebat, ex ea parte deficiebat ad illud exemplarum imaginis huius similitudo. Hoc igitur quod deerat, superni illius exemplo deus explebat. Quot igitur & quales mens ideas in eo quod est animal inspiciuntur, totidem & tales hoc mundo contineri oportere excogitauit. Sunt autem quartuor. Una quidem deorum celorum genus continet. Alia volatile & aeriugum. Tertia aqua liquoribus accommodatum. Quarta terrenorum animantium genus. Diuini quidem animalis specie ex igni maxima ex parte componebat, ut splendidissimum esset visus pulcherrimum. Cumque illud universi figura simile vellet fore, rotundum fecit, posuitque in ipsis optimi sapientia, atque illud sequi iussit, circumque oceum cælum distribuit, ut versus illi ubique ex hac varietate ornatus accederet. Dedit autem diuini duo genera motus. Alterum quo in eodem semper & similiter voluerentur, cum de eisdem semper secum ipsis eadem cogitent. Alterum quo in anteriore partem ab eisdem ipsis similius vertigine ducerentur. Reliquos autem quinque motus ab his esse voluit alienos, ut unumquodque illorum quoad fieri potest, optimū esset. Quae ex causa facta sunt astra illa erroris expertia, quae diuina animalia sunt, propereaque in eodem semper circuitu perseverant. Quae vero vagae sunt, & mutabili ratione abundant, ita deinceps ut supra diximus.

Terra antiqua. Terram autem altricem nostram circa polum per universum extensem alligatam, diei noctisque effectricem & custodem esse voluit, neconon primam antiquissimam deorum omnium qui intracælum sunt geniti. Horum vero deorum choreas, & inter ipsos concursiones; circulorumque ipsorum revolutiones varias & accessus, quales pereant coniuncti sibi iniuste vel oppositi, sine ante inter se, sine retro, quidue ex illorum serie nobis proueniat, quibus temporibus & quo pacto delitescant singuli, vel emergant, quidue portendant quando orientes hominibus humanis rerum peritis timorem incutient: Hac inquam omnia absque diligentia simulacrorum ipsorum inspectione explicare velle, manis est labor. Sed de his satis: & iam quae de natura deorum illorum qui tales geniti sunt & cernantur, dicenda erant, finem habeant. Ceterorum vero qui demones appellantur, & cognoscere & enuntiare ortum, manus est opus quam ferre nostrum valeat ingenii. Priscis itaque viris hac in re credendum est, qui dysis geniti ut ipsi dicebant, parentes suos optimè nouerat. Impossibile sane deorum filiis fidem non habere, licet nec necessariae nec verisimilibus rationibus eorum oratio confirmetur. Rerum quia de domesticis rebus loqui se affirmabant, nos legem secuti fidem probabimus. Sic igitur ut ab his est tra-

ditum, horum deorum generatio habeatur atque dicatur. Terra cœlique filij Oceanus & Tethys fuisse traduntur. Ab ipsis Phorcyn, Saturnus, & Rhea geniti, & relegati horum fratres. Ex Saturno & Rhea Iupiter, & Iuno, & reliqui, quos eorum fratres quotidie memorari audiimus, nati dicuntur. Ex his deinceps ut traditur alijs. Postquam orti sunt oes, & qui cœlo volvuntur dy nostris oculis manifesti, & qui eatenus nobis conspicui sunt, quatenus ipsi volunt, tu ad eos mundi genitor ita fatur: Dy deorum quorum opifex ego & pater sum, haec attendite. Quae à me facta sunt, me ita volente indissolubilia sunt. Omne siquidem quod vinculum est, solvi potest. Sed mali est, quod pulchre compositum est, seq̄ habet bene, velle dissoluere. Quapropter quia generatio est, immortales quidem & indissolubiles oī noī non est. Nec tamen inquam dī soluemini, nec mortis fatū subibitis. Nō voluntas mea maius præstantiusque vobis est vinculum ad vita custodiā, quam nexus illi, quibus estis tunc cum gignebamini, colligati. Sed nunc iam quid iubeam, cognoscere. Tria adhuc genera mortaliū nobis generanda restant, absque horum generatione cœlum imperfectum erit. Omnia n. animantium genera ambitu suo non continebit. Contineat autem oportet, si est mundus oī noī perfectus futurus. Hac vero si à me fiant solo, ut aḡ donentur, dīs ad aquabuntur. Quapropter accedite vos secundum naturam ad animalium generationem, ita ut vim inimicinī meā, qua in ortu vestro sum usus. Atque eius quidem aīlis quod in ipsis tale futurū est ut cum immortaliis appellatione conueniat, diuinumque vocetur, principatumque teneat, & institutum simul ac vos ultrò colat, ego vobis semē & in iūtū tradā: vos cetera exequi par est, ut immortalizetur & mortale attexentes, faciat in generatioī animalia, subministrantesque alimenta augeatis, & consumpta ratione recipiat. Hac fatus, in eodem rursus cratere, in quo mundi totius aīam permiscens temperauerat, superioris temperationis reliquias miscendo perfudit, modo quodam eodem, non tamen perfectas similiter, sed & secundo & tertio gradu à primis deficiente. Denique cum universum constituissest, astris parem numerum distribuit animalium, singulis singulas adhibens, eīque tamquam vehiculo impositis monstrauit universi naturam, ac leges fatales edixit: ostendens quidem primam omnibus generationem ordine quodam unam fore, ne quis ab eo minus aliquid sortiatur. Satis autem & quasi sparsis animis per singulas singulis conuenientia temporum instrumenta, fore ut animal nasceretur, quod omnium animalium maximè esset diuino cultui deditum. Esset autem natura hominis geminam: cuius id genus fore præstantius, quod viri nomine sit appellandum. Cum vero anima corporibus necessitate quadam inserta fuerint, & corporibus earum accesserit aliquid vicissimque abscesserit, primum utique necessario sensum unum omnibus intimum, & natura coniunctum illic à violentis passionibus excitari, deinde voluptate & dolore mixtum amorem, post hec metum & iram, & quaeunque vel ista sequuntur, vel ab istis ut contraria disident. Hec qui superauerint, eos iuste victuros, iniuste vero qui ab his fuerint superati. Atque illum qui recte curriculum vivendi à natura datum conficerit, ad illud astrum cui accommodatus fuerit, reversum beatam vitam atturū.

Contrà

Contra uero agentem cogi in ortu secundo sexu mutato fieri mulierem. Et qui ne tum quidem sine peccandi faciet, quatenus deprauatur, eatenac in brutorum naturam suis moribus similem permutari: nec prius a mutationibus laboribus cessare, quam illam sibi insitam eiusdem ipsius similius naturae conuersionem securus ipse, et subyiciens turbuletos multiplices affectus postea ex igni, aqua, aere, et terra contractos, ratione sedauerit, & ad primū optimum sui habitū iam redierit. Quia cum illis ita designauisset, nequa penes se futurae prauitatis causa esset, alios in terram, alios in lunam, alios in alia temporis instrumenta spargens quasi serebat. Post hmoī sementem, quod reliquum erat, dij junioribus agendum mandauit, ut corpora mortalia fingerent, quantumque esset humanae anima quod reliquum huic deberet accedere, id onne & quæ consequentia essent, adiungerent, regerentque, & quam optimè & pulcherrimè fieri posset mortalis anima lis naturam gubernarent, nisi ipsum sibimet malorū causa esset. Atq; is quidem qui haec cuncta dispositus, rite in suo habitu permanebat. Quo quidem permanente, eius filij cum parētis ordinem cognoissent, eum protinus sequabantur. Itaq; accepto ab illo mortalis animantis immortali principio, sui effectorem imitati, ignis, aeris, aquae, terra particulas, quas rursus redderent, a mundo mutuabantur: easque inter se copulabant, hanc ipsam illis indis solubilibus vinculis, quibus ipsi fuerant colligati, sed tabilibus quæ propter paruitatem cerni non posset: crebrisque hmoī clavis coniunctis unum ex omnibus corpus efficiebant, atq; in hoc ipsum tum influente, tū effluente corpore animæ diuina circuitus illigabant. Itaq; hi circuitus in profundum flumen immersi, neque tenebant neque tenebantur, sed vi ferebantur, atq; ferebant. Ex quo factum est, ut totum animal moueretur, sine ordine tamen, & fortuita quadam iactatione. Cui quidem sex pernagari motibus contingit undique per sex loci differentias progrediendo, vi delicit ante & retro, ad dextram & laevam, sursum atque deorsum. Cum vero plurimus inundaret fluxus atque deflueret: unde animal nutritur, multo etiam maior a passibus extrinsecus illatis turba sequebatur, cu[m] corpus aliquod ignis exterioris incurrit et offendit, vel a terra soliditate, aut aquæ humore, aut aeris statu lassum esset. Porro ab ipsis omnibus, per corpus motus usque, ad am trahent, qui propterea et initio et nunc sensus cognominati sunt. Hi quidem ab initio continè multos et maximos motus ceteri, rivo illo ingiter fluente, atque his fluentibus vehementer animæ circuitus quatiant. Et circuitus quidem illū eiusdem similius naturae in ipso cursu prorsus impediunt: alterius vero circuitū distracthant, usque adeo, ut dupla illa et tripla viriumque disposita interualla tria, medietatesque et colligationes sequitur, sequitur, sequitur et a ratione interiectas, quæ dissoluta a nullo nisi ab eo qui coniunxit possunt, oī resolutionis genere torqueat, omnesque anfractus & varietates orbium, quotcunque contingere queunt, inducant: ita ut ambitus ipsi vix sibi inuicem connexi, ferantur quidem, sed sine ratione ferantur, tum contra, tū ex oblique, tū resupina quadam dispositione. Cen si quis caput pro pedibus humi figat, pedes vero pro capite tollat in altum, tunc arbitrorū eius qui sic affectus est, quam eorum qui spectat, dextrae partes sinistre, & contraria sinistre dextrae sibi inuicem esse videntur. Itaque cum hoc ipsum ceteraue huiusmodi animi quoque ambitus maximè patiuntur, si tunc extrinsecū aliquid eiusdem ipsius vel alterius generis insiderint, falso quid idem alicui sit, quidam alterum ab aliquo inducant. Ideoque mendaces, tunc dementesque sunt, nec ullus princeps & dux in eis tunc est circuitus. Cumque extra positi, sensus pulsauerint animam vehementius, totamque eam possederent, tunc illi subiungati quidem et seruientes domini nari videntur. Quas ob res ab initio anima cum mortalis corporis vinculis includitur, amens efficitur. At postquam nutritionis & augmenti riuis lenius minusque fuit, animaque circuitus tranquilliore motu iter suum peragunt, processuque temporis sedatores sunt, & in figuram naturae sua congruam restituuntur: tunc singulorum circulorum directæ conuersiones, eisdem et alterius naturam probè discernunt, hominemque sic institutū prudentē efficunt. Quod si quis educationi rectæ nutritioni disciplinā quoque & eruditōne conuenientē adiunxerit, morbo grauiissimo deuitalato sanus & integer proficuum euadet: finiū neglexerit, claudum vitā iter ingressus, tanquam mancus & oīno inutilis rursus ad inferos decidit. Sed haec quidem post ortū contingunt. Nunc vero de prima hominis compositione exactius differendū, ac probabili ratione monstrandum, qua causa & prouidentia deorum singula membra corporis ad singula animæ officia sint accommodata. Principio dij figurae capitū ad rotunditatem mundi fixere, in eoque duos illos anima diuinos circuitus statuerunt. Est autem caput membrum corporis diuinissimum, reliquorumque membris diuinis prōinceps: cui totum corpus connexum dij subesse simum.

Caput membrum corporis diuinissimum, reliquorumque membris diuinis prōinceps: cui totum corpus connexum dij subesse simum.

& pavere iussiunt. Ex cogitauerunt. n. motum omnium quotcunque esse queant, compos id fore. Cum vero inaequalis & aspera, ac partim quidem acclivis, partim decliuis terra sit, si humi caput serperet, perque terræ superficiem volueretur, hos anfractus sine offensione transire non posset. Quod sane malum ut vitaretur, procerum hunc habitū corporis ad faciliorem progressum dij pro vehiculo capiti subiecerunt. Corpori præterea quattuor in longum porrecta et flexibilia membra annexuerunt, quibus facile diuina prouidentia moueretur, apprehenderet videlicet obiecta quæque, staret, & sisteret, perque omnia graditeretur caput superne subsistens diuinissimi sacratissimique habitaculum. Hanc igitur ob causam nobis crura manusque de dere. Anteriorē autem partes posterioribus præstantiores et ad imperandum aptiores arbitrati, in anteriorē quoque partem moueri nos ut plurimum voluerunt. Oportebat porro anteriora discreta et dissimilia esse. Quapropter primū globo capitū faciem adducere, facieque instrumenta que ad multa minicularentur omnia animæ prouidentia, assignauerūt, decreuerūtque naturale hominis imperium in hac parte anteriori prioraque consistere. Sed ex omnibus facies partibus primi luciferis oculorum orbes coruscant, hac causa dati. Ignis certe illius qui non vixit quidem, sed illuminando suauiter diem inuehit mundo, participes oculorum orbes dij fecerunt. Intimum siquidem nostri corporis ignem huius ignis germanum syncerumque per oculos emanare valuebunt, in quibus lenis congestusque ubique ignis huiusmodi sit, sed per eorum duntaxat solidorem angustamque medietatem ignis purior euoleat, crassior vero cohibeatur. Itaque cum diurnum lumen applicat se visus radio, tunc ea duo inter se similia concurrentia neque commixta, quo oculorum acies diriguntur, ibi in

Vnius iam domestici corporis coherent speciem, ubiunque
 videlicet tam intimi quam externi luminis sit cōcursus.
 Totum igitur hoc propter similitudinem passionem eandē
 sortitum, cū quid aliud tangit, vel ipsum ab alio tan-
 gitur, motum huiusmodi ad corpus omne perq; id ad ani-
 mam usque diffundens sensum efficit, qui visum voca-
 tur. At postquam in noctem discesserit cognatus ignis,
 visionis radius evanescit. Nam in aērem sibi dissimilem
 erumpens permittatur atque extinguitur, cū nullam
 habeat cū proximo aere, ut pote ignis splendore carente,
 naturā cōmunionem. Idcirco videre definit, somnumq;
 inducit. Etenim salubre palpebrarum tegmen dī oculis
 machinati sunt, quibus obductis vis illa ignis intimi con-
 viuentia tegminis coercetur, compressaq; interiores motus
 perfundit & mulcet, quibus relaxatis atq; mollitis quies-
 oritur. Si profundus ob multam quietem motuum nos ce-
 cupat sopor, exigua sequuntur insomnia. Sin vehemen-
 tiores aliqui motus quasi uigilarum reliquæ relicti sunt,
 quales quidem et qualibus ex locis haustæ reliquia sunt,
 talia somniorum simulacra nascuntur, eorumq; nobis ex-
 pergefactis restat memoria. At verò simul acrorum qua-
 vel in speculis oborintur, vel in perspicua leniq; cernun-
 tur superficie, facilis affectio est. Nā ex utriusq; ignis
 tam intimi quam extrā positi cōmunione, eiusq; rursus
 concursu & congruentia, qui pāsim tergo lenti corpori
 accommodatus est, necessario hāc omnia oriuntur, cū ignis
 oculorum cū eo igne qui est, è conspectu effusus, circa
 lene nitidumq; corpus sise confudit. Dextera verò vi-
 dentur quæ lāuis sunt, quia contrarys partibus oculorum
 insolito more contrarias partes attingimus. Respondent
 autem dextera dexteris, lāua lāuis, quando cōmixtum
 lumen cū eo cui permiscetur, transiluit. Id cū speculo-
 rum lenitas hinc illincq; altitudinem assumpsit, & ita
 dextram oculorum partem in lāuam speculi, lāuamq; in
 dextrā detorxit. Quod si speculum ad vultus longitudi-
 nem conuertatur, vultum reddit resupinum, cū superior
 luminis pars ad inferiora, inferior verò ad superiora uer-
 tatur. Atq; hāc oīa ex eorum genere sunt, quæ principa-
 les rerū adiuuant causas, quibus ut ministris uiruit deus
 ad optimi, quād fieri pot, ideam perficiendam. Sed exi-
 stimant pleriq; non adminicula hāc principalium causa-
 rum sed has ipsas esse oīum causas, quæ frigoris et caloris,
 rari & densi, ceterorumq; similiū naturam habeant,
 rationem verò mentemq; nequaquam. Mētem enim à
 nulla re alia, nisi ab anima posideri conuenit. hāc verò
 aspectum effugit oculorum. Sed ignis, aqua, aer, ac ter-
 ra corpora sunt, atq; cernuntur. Oportet autem mentis et
 scientiae amatorem principales sapientis natura causas quæ
 rere, atq; eas quæ necessario ab alijs quidē mouentur, alias
 verò mouent secundas causas arbitrari. Quo circa à nobis
 sic censeo faciendum, ut de utroq; causarum genere dis-
 ramus, separatim aut de his quæ cum intelligentia effe-
 trices sunt pulchrarum rerum atq; bonarum, de ijs rur-
 sus quæ vacantes prudentia quolibet pāsim sine ordine
 faciunt. Ac de secundis quidem causis oculorum ad eam
 vim quam habent conducentibus, satis esse dictum puto.
 Maximum verò opus cuius gratia utiliter nobis à Deo
 donati sunt, deinceps explicandum censeo. Rerum n.o-
 ptimorum, ut arbitror cognitionem nobis oculi attulerūt.
 Nam hac quæ de mundo disputantur, nunquam inuenta
 essent, si neq; sidera, neq; sol, neq; cælum suffici potu-
 sent. Cognitio verò diei ac noctis ab oculis orta fecit, &
 dinumeratione quadā mensum annorumq; ambitus meti-
 remur, tempus cognosceremus, vniuersa natura ordinem
 scrutaremur. Quibus ex rebus philosophiam adepti su-
 mus. Quo bono nihil vñquam maius mortalium generi
 datum est deorum munere, neq; dabatur. Hoc igitur ma-
 ximum oculorum beneficium esse dico. Minorā alia pra-
 tereo. Quibus qui à philosophia alieni sunt, orbati si que-
 rantur, frustra querentur. Nobis verò afferendum est
 ob hanc potissimum rationem deum oculos genuisse, &
 mentis circuitus qui in cælo peraguntur, intuiti, in usum
 redigamus nostræ mentis: cogitationisq; nostra discursio-
 nes illis cognatas, sed perturbatas quodammodo ad illo-
 rum temperiem reuocemus. Et cū illos agnouerimus,
 & recta ratione secundum naturam prædicti singulorum
 ordinem perceperimus, conuersiones dei que sine illo er-
 ore aguntur, imitemur, atq; ad earum exemplum dis-
 cursiones nostra cogitationis vagas & erraticas compo-
 namus. Vocem quoq; auditumq; eiusdem rei gratia deos
 dedisse nobis existimo. Nam ad hāc ipsa sermo pertinet,
 plurimumq; conductit, omnisq; musicae vocis visus harmo-
 nia gratia est tributus. Atqui et harmonia, que motio-
 nes habet à nostræ discursionibus congruas atq; cognatae,
 homini prudenter musicis uenit non ad voluptatem
 rōnis expertem, ut nunc videtur, sed uilis: sed a mu-
 sis ideo data est, ut per eam dissonantem circum anime
 componamus et ad concentum sibi congruum redigamus.
 Rhythmus quoq; ad hoc videtur esse tributus, ut habita
 in nobis immoderatum gratiaq; carētem ap̄quisitum tem-
 remus. Abtenus opera mētis paucis exceptis tralauimus.
 Oportet autem de his quoq; quæ necessitas inuenit, dicere.
 Mundi enim huius generatio ex necessitatib; mentis cōtu-
 mixta est. Nam cū mens necessitatib; dominaretur, pro-
 pterea quod persuadendo eam ad optimos ut plurimum re-
 rum euentus induceret, ipsaq; hac ratione edens sapienti
 persuasioni pareret mundi huius exordia constituerent.
 Oportet igitur eum qui mundi constitutionem verēnata-
 turus erit, erraticæ quoq; cause speciem naturæ ipsius in-
 stinctu miscere. Quod ita cōmodè fiet, si horum ipsorum
 conuenienti principio sumpto, sic de his quemadmodum
 de superioribus ab ipsa rursus origine differamus. Natu-
 ram ergo & passiones ignis, aquæ, aeris, atque terra,
 generationem cæli præcedentes consideremus. Nullus pre-
 facto ad hoc usq; tempus eorum generationem ostedit, sed
 quasi notum sit quid sit ignis & reliqua, sic de illis ut
 ba facimus eaq; mundi primordia constitutimus cū ne-
 syllabarum quidem, nedum elementorum vicem tenere
 apud homines mentis quoquo modo compotes debeat. Nes-
 verò in præsenti nihil de principio vniuersorum, sive
 principijs, sive quomodo cum aliis id appelletur, dices-
 dum putamus. Cui quidem disputationi nihil aliud im-
 pedimento est, nisi quod difficile sit præsenti disputationi
 modo quæ de his videntur exprimere. Neque igitur vos
 id expectabitis, neq; ego mihi persuadebo recte me tātum
 opus aggredi posse. Quod autem ab initio dixi, verisimi-
 litudinis vim seruabimus, studebimus in rationibus ve-
 risimilibus circa hæc assignandis nulli cedere. Atq; ita
 & singula & vniuersa à principio exponemus. Deum
 igitur, etiam nunc disputationis seruatoem in pri-
 mis

mis oremus, ut nos ex admirabili & insolita expositione ad verisimilem doctrinam traducat, atq; ita instituti disputationem exordiamur. Sed hanc de vniuerso disputationem ab ampliori divisione quam supra ducamus. Tunc n. duas in species facta divisione est. Nunc tertium genus addendum. Duo n. in superioribus sufficiebant. Vnum qui dem exemplaris loco, semper idem, solaq; intelligentia comprehendendum. Alterum simulacrum ab hoc exemplari deductum, generationi oculisq; subiectum. Cu verò duo haec sufficere putaremus, tertium non adiunximus. Nunc autem cogere nos ratio videtur, ut difficilem & obscuram speciem declarare conemur. Quam igitur vim, quamvis naturam habere putandum? Hanc utiq; generationis horum omnium receptaculum & quasi nutricem esse. Quod quamvis vere dicatur, paulo tamen apertius est dicendum. Arduum id quidem, eo maxime, quod ad huins rei demonstrationem dubitare prius necesse est et inquirere de igni et reliquis quae elementa vocantur, quid istorum aquam potius quam ignem, aut aerem potius quam terram, aut certum aliquid vnum magis quam cuncta vocare oporteat. Difficile sane certum aliquid & firmum de istis afferere. Quoniam igitur pacto, & qua ratione, et quod probabile in huiusmodi inquisitione dicemus? Principio id corpus quod modo aqua nominauimus, quando in solidam concrescit materia, lapis & terra fieri videtur: quando vero liquefit et difficit, spiritus atq; aer. Itē aer exustus ignis efficitur. Ignis extinctus & corporulentior factus aer creat. Rursum crassior factus aer, in nebulas nubesq; concrescit. His etiam magis cōplescens pluviae deflunt. Ex aqua rursus terra lapidesq; gignuntur. Atq; ita videmus hac omnia circuitu quodam sibi inuicem vires fomentaq; generationis vicissim tribuere. Quae cum nunquam eadem apparent permanere, quisnam sine rubore redargutionisq; suspicione poterit istorum aliquid vnum potius quam aliud certe & firmiter appellare? Nemo certe. Quare tutissimus in his hic erit loquendi modus. Hoc quod semper alias aliter formatum uidetur, & plerumq; iuxta ignis effigiem, non est utiq; ignis hoc aliquid, sed tale, id est igneum quiddam: nec aqua hoc aliquid, sed tale quid id est aqueum, nec aliud quicquam velut ullam habens stabilitatem. Deniq; nec pronominibus quidem ullis tantum ne haec signada sunt, quibus in rei cuiuslibet demonstratione, pro nobis cū hoc vel illud dicimus, vti solemus. fugiunt. n. nec exceptant vel ea demonstrationem, que hoc & huins & huic designat: vel appellationem, que de his tanquam de existentibus & stabilibus habeatur. Igitur hmoi omnia neg, hoc, neg, illud, sed tale potius, aut tale propter similitudinem aliquam appellare debemus. Et ignem quidem ubiq; tale, ac de ceteris que gignuntur eode pacto. At vero illud in quo fieri singula haec videtur, ac deinde difficiuntur solum ijs pronominibus quibus hoc vel illud signamus, appellandum puto. Quale vero quodammodo, calidū sci licet vel albū, vel aliud tale contrariorum, vel ex contrariis illud minime appellandum. Sed apertius quod volum exponamus. Siquis n. cunctas figurās ex una eadēq; auri materia factas continuè in alias, & alias reformat, deq; una quadam illarum præsens aliquis quid sit querat, vero admodum & tutissime respondere possumus aurum illud esse: triangulum vero esse aut aliam figuram earum que impressa eo sunt & continuo permutantur, quasi reuera sint non licet dicere. Sola quippe illa responso ne tanquam turissima contenti esse debemus. Eadem de illa natura que cuncta recipit corpora, ratio est: idē semper esse dicenda est. Siquidem ex propria potentia recedit nunquam. Si quis enim semper omnia, nec ullam unquam ijs similem ullo pacto sibi formam contrahit. Omnis sane natura fictioni subiecta est, agitataq; ab ingredientibus & figurata quodammodo, alias aliter se habeat. Quae in mare videtur. Quae vero ingrediuntur & excent, vere sunt simula tria in praesenti genera sumenda sunt. Vnum quod gignitur. Aliud in quo gignitur. Aliud à quo similitudinem trahit quod nascitur. Idcirco comparare haec ita decet. Quod recipit, vide ut matri, unde recipit, patri: naturam istorum medianam, teria est in proli, Sed ita intelligendum est, quod cū esse debeat effigies rerum omniformarum varietate distincta, nunquam illud ipsum formationis huins gremium bene erit præparatum, nisi informe sit, & suapte natura omnibus formis quas recepturum est, careat. Nā si erit alicuius eorū quae in se recipit simile, cum contrariam eius cuius simile est naturam aut aliam prorsus suscipiet, nequaquam eius similitudinem et effigem exprimet, cum præse tulerit suā. Quo sit, ut nullam sibi propriam habeat speciem, quod est omnia genera suscepturum. Ut qui vnguenta suauiter redolentia confecturi sunt, humidam materiam quam certe condire odore volūt, ita præparant, odorem nullū proprium habeat, & qui materys mollibus impressioniq; cedentibus figurās imprimere aliquas volunt, nullam omnino priorem in eis figurā apparere patiuntur, sed exactissima quadam levigatione eas poliunt? Ita eas poliunt? Ita illud quod in omnibus passim eternorum omnium simulacris recte figurandū est, his oībus formis natura sua care re necesse est. Quamobrem universi, quod & genitū est, & sensibus oībus manifestum, matrem ipsam receptaculumq; neg, terram, neg, aerē, neg, ignem, neg, aquam esse dicamus, neg rursus ex his aliquid constitutum, aut aliqua ex quibus propriis haec ipsa subsistunt: sed invisibilē potius speciem quandam & informem sinum omnīū capacem, qui modo quodam ambiguo & uix explicabili diuinā & intelligibilis naturā fit particeps. Ipse quidem comprehendit per se nullō pacto potest: sed quantum ex suis prædictis naturam eius attingere licet, sic utiq; recte possumus dicere? Ignem quidem, partem eius ignitam uideri, humefactam uero partem, aquam? Terram quoq; aeremq; similiter, quatenus ipforum simulacra suscipit. Sed de his ita distinguente ratione considerare debemus, sit ne ignis aliquis seorsum à materia ipse permanēs in seipso, et cetera que sāpē dicimus per seipso manere, an haec sola sunt, que corporis sensu percipimus, & tale in se continet ueritatē, nec ullo pacto præter haec illa sunt uspiā, sed frustra intelligibilem uniuscuiusq; speciem aliquam ponere solemus, nec aliud haec sunt quam uerba. Quod quidem neque ita uel aliter se habere temere & sine examinatio ne afferendum, neque ad præsentem disputationem natura sua prolixam, alia quoq; prolixa, & ad rem minimē pertinens addenda videtur. Ea vero circumscripicio que breibus magna comprehendat, admōdum opportuna uidebitur. Ita igitur ipse meam hac

Materia
nunquā re
cedit à potē
tia.

Vide ut ma
tri, unde recipit, patri: naturam istorum medianam, teria est in proli,

Probat bre
uiter ideas
esse.



de resententiam feram. Si intellectus & vera opinio duo genera sunt, necesse est huiusmodi species esse, quae per se ipsa sint, & intelligentia potius quam sensibus comprehendantur. Sinautem, ut quibusdam videtur, vera opinio ab intellectu nihilo differt, omnia quae corporis sensus attingit, certa habenda sunt. Sed opinor duo esse dicenda, quia seorsum sunt facta, & dissimilia sunt. Quippe quo rum alterum doctrina nobis insinuat, alterum persuasio et illud quidem semper cum ratione vera, hoc autem sine ratione: illud nulla persuasione mutabile, hoc contra huius mutationi subiectum. Vera quidem opinionis vir quilibet particeps. Intelligentia vero dicit quidem omnes, hoēs vero pauci admodum particeps sunt. Quae cū ita se habeant, fateri oportet esse speciem que semper eadem sit, si ne ortu atq; interitu, que nec in se accipiat quicquā aliud aliunde, nec ipsa procedat ad aliud quicquā, sensu corporis nullo percipiatur. atq; hoc est quod ad solā intelligentiam pertinet, eiusq; intentionis est proprium. Sed est aliquid post hoc quod cum ipso non ratione, sed nomine conuenit, eiusq; similitudinem gerit, genitum sensibus manifestum, quod fertur & sustentatur ab alio semper, & in aliquo loco gignitur, rursusq; inde recedit opinione per sensus comprehendendum.

Quod ma.
teria est lo-
cus.

tertium genus locus est, qui interrit quidem nunquam, sed omnibus que gignuntur, sedē exhibet. hic sine tangentis sensu tangitur, adulterina quadam ratione vix opinabilis. Deniq; cū ad hunc animo respicimus, somniamus quodammodo, necessariumq; putamus, ut quicquid est, in aliquo sit loco positum, regionemq; obtineat aliquam: & quod neq; in terra, neque in cælo sit, minime esse credimus: atq; has oēs & similes passiones à perwigili vereq; existente natura ipsi huiusmodi somniis occupati scernere nō valemus. Ideoq; nec disserere id etiam possumus, quod in imagini quidem postquam id ipsum in quo facta est, non ipsum est, sed ea semper alterius fertur simulacrum, non iniuria conuenit ut in alio quodam sit, atq; ita quodammodo essentia fiat particeps, aliter vero esse nullo modo posse. Et aut quod vero est, uera hæc & exquisita ratio suffragatur, docens quod dum res ita se habet, ut hoc quidem aliud sit, & illud aliud, neutrum in neutrō unquam factum unū simul idem & duo sient. Hæc tandem meā mentis summatim sententia sit, esse, & anticē celi ortum ratione triplici fuisse tria hæc, existens, locum, & generationem. Generationis vero nutritiū, ignitam & humefactam, terrā item et aeris formas suscipientem, passionesq; horum pedissequas perpetientem, omniformē aspectu videri. Verū quia nec similibus neq; ad pondus ex aequali uiribus referta est, nulla ex parte aequilibrem esse, sed in aequaliter undiq; vergē tem declinanteq; ab illis quidem que diximus agitari, rursusq; ipsam cōmotam eadem agitare. Quo pulsū concita in diversa raptari atq; discerni, perinde ut quae instrumenti purgatione pistorijs instrumentis iactata atq; excusa discerni videntur, atq; alio solida graniaq;, alio rara & leuia ferri. Sic illa tunc quattuor genera ab ipso eoru receptaculo instrumenti illius pistorijs instar tumultuante et discernēte cōmota, dissimilia quaq; à dissimiliis lōgē se parabātur, similima vero rursus coibant: atq; idcirco etiā ante mundi exornationem sedibus diuisa erant, sed neq; his ratio inerat, neque modus. At vero ubi cuncta redigi admōdū placuit, deus ignē primo ac terram aeremq;

& aquam, que quidem elementorum præferabant uigia, sed ita erant affecta ut pars est illa à quibus deus abest, distinctis figuris, speciebus, & numeris exornauit. Ea vero apud nos sententia semper rata indubia præcatoris habeatur, quod deus illa cū talia non essent, quam pulcherrime optimè fieri poterat, ordinavit. Nunc iam dispositionem genitum amq; ipsorum sigillatim demonstrari conuenit, nono quidem & in usitato demonstrationis gene re, sed vobis qui oēs eruditioñis ingenua uias peragranatis, plano atq; perspicuo. Principio quod ignis, & terra, aqua, & aer, corpora sint, nemo utiq; dubitabit. Omnis aut corporis species profunditatem habet. Profunditatem vero planis constare necessariū est. Rectitudi porro planarē basis ex triangulis constituitur, arg trianguli omnes ex duobus initium habent, habentib; utrīq; rectū angulum unū, acutos duos. Quorum alter utrīq; anguli recti partē obtinet, aequalibus distinctis lateribus, sed in altero in aequalibus in aequalia distribuuntur. Igitur per rōnes probabiles necessitatē coniunctas incedentes, ignis ceterorumq; corporum hīmōi ponamus exordium. Superiora vero bis horum principia deo nota sunt, atq; ei qui dicit amīus. Videamus igitur qua potissimum rōne quantuor corpora pulcherrima siant, dissimilia quidem inter se, sed quae in se inuicem dissoluuntur, & ex se inuicem generentur. Si id comprehendernerimus, veritatem ipsam de generatione ignis terrāq; & eorum quae competentes ratione seruata horum media sunt, tenebimus. Tunc n. n. mini concedemus dicenti alicubi esse oculis patentia pulchriora hī corpora, quorum quodlibet secundum rōnum sit genus. Conandum igitur quattuor corporū genera pulchritudine præcelletia constituere, atq; ita afferere nos naturam sufficienter comprehendisse. E' duobus quidem triangulis Isocheles. i. qui cruribus cōstat equalibus, unicam habet naturam qui vero altera parte est oblongior, infinitas. Ergo si rectē exordiri volumus, infinitum quog; pulcherrimum præligere nos oportet. At si quis pulchriorem a se electum ad horum cōstitutionem afferre voluerit, eius non tanquam aduersarij, sed tanquam amici sit sententia potior. Vnu itaq; reliquis posthabitus, trigularum multorum pulcherrimum ponimus, à quo aequaliter triangulus ex tertio constituit. Ratio vero cur ita sit, prolixior esset. At eum qui diligenti discussione ita sit comperiet, dulce manet Victoria prāmium. Propositi Jane nobis sint duo ē multis trianguli, ex quibus ignis ceterorumq; corpora composta sunt. Horum vnu Isocheles sit aequalibus cruribus cōstans triangulus. Alter vero sit ille qui longius latus semper breuiore latere potentia triplo maius habet. Verū quod securi nimū in superioribus diximus, nunc magis est distinguendum. Videbantur quidem nobis, neq; id quidem satis rectē, omnia quattuor genera ex se inuicem generari. Profecto quattuor genera ex triangulis quos elegimus generantur. Tria quidem ex uno, in aequalia habente latera. Quartum vero vnicū ex triangulo Isochele componitur. Non igitur possunt omnia ita in se inuicem resolvi & cōmutari, nec multis paruis pauca ingentia vel cōverso efficiantur. Tria certe possunt. Cum enim ex uno hac facta sint omnia, quādo maiora soluuntur, multa exigua ex eisdem consti tuuntur, paruas congruasq; sibi figurās adepta. Rursus quando multa per triangulos diffurguntur amplificata,

Vnum vnius molis faciunt numerum, magnamq; alias speciem vnam perficiunt. Hac vtique de mutua ipsorum generatione dicta sint hactenus. Reliquum est, vt qualis quaq; eorum facta sit species, & ex quibus concurren tibus numeris coaceruata, dicamus. Erit vtique prima species, qua ex paucissimis composita fuerit, elementum eius, quod latus oblongius breviori latere duplo maius habet. Cum vero bini hm̄oi secundum diametrum cōponantur, terḡ id fiat, et diametri latera vleniora in ide quasi centrū ducā tur, vnu triāgulus equilater ex triāgulis numero sex cōficitur. Triāguli autem equilateres quattuor cōpositi secundum ternos planos angulos, vnu solidum faciunt angulum: qui angulū planorum oī um ob tuſſimum deinceps ortu subsequitur. At qui triāgulis hm̄oi quattuor natis prima solida species totius circuferentis distribuita in partes aquales ac similes oritur. Secunda vero ex eisdem quidem triangulis, sed secundum equilateres triangulos octo constitutis, vnu facientibus solidum angulum ex planis quatuor, factisq; sex hm̄oi, corpus secundū absoluuntur. At tertium ex elemētis bis sexaginta copulatis, & angulis solidis duodecim, quoruī quilibet quinq; planis triangulis equilateribus cotinetur, habens viginti equilateres bases, nascitur. Iam igitur elementum alterum sic hactenus ista genuerit. Verū isosceles triangulus quarti generavit naturā secundum quattuor cōstitutus, & ad centrum rectos cōgregans angulos, vnumq; quadrangulum equilaterem faciens. Sex vero hm̄oi copulati angulos octo solidos, quorum quilibet per tres planos rectos coaptatus est, efficerunt. Corporūq; ita constituti figura cubica facta est, sex planos quadrangulos equilateres bases adepta. Est & quinta quedam cōpositio, qua deus ad universi cōstitutionem est usus, eaq; descripsit & figurauit, que contemplatus aliquis no absurdē dubitauerit. Utrum infinitos esse mūdos an finitos existimandum sit. Infinitos quidem dicere illius putabit esse propriū, qui nullam rerum cognitione dignarū peritiam habeat. Sed utrū vnu mundus an quinq; re vera nati sint inquirere, minus vtiq; putabit absurdū. Ratio quidem nostra vnum ipsum verisimili probatione asserit esse natum. Alius vero quis ad alia respiciens aliter opinabitur. Sed hec dimittenda sunt. Et iam genera quattuor à nobis paulo ante digesta, in ignem, terram, aquam, aeremq; distribuimus. Terra cubicam speciem assignemus. Nā oīum quatuor maximē immobilis terra est, & corporalium oīum compacta maximē. Tale vero illud p̄cipue factum esse necessarium est, quod firmissimas tutissimasq; possident bases. In triangulo porro à principio positis, qui equilateres sunt, firmorem tutioremq; quam inaequilateres basim possident. Et quod ex utroque cōpositum est planum equilaterū equilateri quadrāgulum, certe triangulo, tā quo ad totum, quam quo ad partes stabiliter necessario prouenit. Quāobrem si conuenientem probabilemq; sequitur rōnem velimus, terrā id tribuamus: Aquā deinde, quod tribus reliquis est īmobilius: igni quod mobilissimum:



Aeri mediū. Et corpus quidem minimū igni, aquā maximū, aeri medium: acutissimum quoq; igni, secundum ab hoc aéri, aquā tertium. Ex his oībus quod bases paucissimas habet, velocissimum esse necessarium est. Est n. ad penetrandū promptissimum, quippe cū prorsus sit oīum acutissimum. Leuisimum quoq;, cū ex paucissimis partibus eisdem constet. Quod secundū est, secundo loco habeat hacten oportet. Tertio tertiu. Igitur secundū rectam probabilitem, rationem pyramidis species solida elementū semenq; sit ignis. Secundam vero generatione speciem aeri, aquā tertiam tribuamus. De his omnibus adeo paruis ita putādū est, quod si singula duntaxat singulorum generū capiatur, nullum eorum propter paruitatem cerni à nobis poterit: si multa inuice congregentur, eorum moles magnitudinesq; cernentur. Quintam hacten oīa à deo santa ubiq; quo ad multitudines, motus, atq; potētias proportionē exalte absoluta connexaq; sunt, quantam necessitatis naturalib; persuasa capere poterat. Ex oībus sane quoruī genera supra narravimus, ita meritō seves habere videtur. Terra cum in ignē inciderit, eius acumine dissoluta fertur resoluta in ignē, aut aērem, aut aquam, quo usq; partes ipsius congressa iterum, sibiq; inuice copulatae terrā resistant. Non n. in aliam vnuq; speciem transmigraret. Aqua p̄terea ab igni vel aere diuisa in partes, vnu, partibus suis recōciliatis, ignis corpus, aeris duo facit: portiones vero aeris ex una dissoluta parte duo ignis corpora faciunt. Rursus quando ignis ab aere vel aqua vel terra aliqua occupatur, et ipse quidē paucus in multis mouetur, atq; in agitatis pugnat, iactatusq; distractatur, duo corpora ignis in specie aeris vnu crescent: deinde superato aere atq; disperso, ex totis duobus atq; dimidio una aqua tota species coalescit. Deniq; sic ea rursus cōsideremus, quoties ab igne cōprehensum aliorum genus aliquod angulorū laterumq; ipsius acumine scinditur, tū demū discipi definit, cum in ignis naturam transferit. Simile n. idemq; genus quodlibet à simili eodemq; minime patitur: quousq; vero in aliud permittatur, imbecillusq; cū potentiore luctatur, dissolui nō definit. Rursus quando minora à multis maioriibus circuuentia sunt, et paucā lacerata extinguntur, cū in uincētis ideam cōstitui uelint, cessant extingui, fitq; ex igni aer, ex aere aqua. Quod si in hac trāitus fuerit, & aliorū aliquod genus impugnet, non cessant agitata dissolui prius quam aut oīno cum dissolubilia sint, depulsa ad cognati refugiāt, aut expugnata in vnu quiddam ex multis superati simile tandem euadant, familiariterq; cū victore permaneāt. Enim uero per has passiones sedes uicissim cuncta communūt. Generis nāq; cuiuslibet multitudines per locū propriū distinguuntur, ob sedis ipsius agitatione. Quā vero dissimilia inuice facta sunt, propter fluctū concussonemq; ad locū eorum quibus similia easere, feruntur. Corpora igitur immixta ac prima ex causis hm̄oi fabricata sunt. Quod aut in eorum speciebus alia quoq; innata sunt genera, causa est elemēti utriusq; constitutio: qua non solum ab initio vnu cū magnitudine triangulum p̄perit, sed et maiora & minora tot quidem numero, quot in speciebus sunt genera. Quapropter mixta hacten in seipsis atq; inuice, infinitā habent varietatem: cuius peritos esse eos oportet qui de natura sunt rōnem probabilem reddituri. Igitur nisi quis quo pacto & cū quibus vna motus & constitutio

stitutio fiat certe comprehendenter, multa disputationi quae manet a tergo, impedimento futura videntur. De his partim quidem dictum est, partim vero restat dicendum. In ipsa leni planaque natura motus esse nunquam solet. Nam agitandum absque agitaturo, vel agitatum abesse agitando difficile est, immo impossibile, reperriri. Motus autem horum omnium minimè est, hæc vero leuia planaque esse nunquam possunt. Sic itaque statum quidem in planitateque motu vero in contraria semper natura ponemus. Inequalitas porro naturæ huius est causa, que leni planaque contraria est. Inequalitas vero generationem iam tractamus. Sed quoniam modo singula secundum genera non diuisa moveri in uicem ferraque designunt, nequaquam exposuimus. Id ergo deinceps sic explanabimus. Vniuersæ naturæ circuitus cum circulari ambitu suo genera complexus sit, et secundum ipsum congregati studeat, constringit omnia, locumque vacuum relinqui non squam patitur. Quo circa ignis per omnia maxime penetravit, deinde aer, ut pote qui ipsi tenuitate est proximus, et alia simili ratione deinceps. Quæ nam ex maximis partibus sunt composita, vacuitatem quoque in sua constitutione maximam relinquere, minima contra minimam. Coactionis autem ipsius angustia, parua in magnorum contrudit inania. Quare cum parua magnis insinuata sint, et ipsa quidem parua quæ magna sunt discernantur, maiora vero minora coerceant, otia sursum deorsum in sua loca feruntur. Nam quilibet mutata magnitudine secundum mutat. Sic utique et has ob causas naturæ lenitatis contraria semper generatio conservata horum motum et in praesenti et in futuro perpetuum exhibet. Post hæc sciendum est multa esse ignis genera: flammarum videlicet: et quod ab ea est accensum, quod virtus quidem lumen vero nullum oculis affert: quod due extincta flama intra illa quæ accensa fuerat, remanet. Similiter aeris genus aliud purissimum agilissimumque, que aetherem nuncupant: aliud turbuletissimum, caligine nubibusque obscurum, aliasque species sine nomine esse putandum est, propter ipsum triangulorum inqualitate. Aquæ genera duo sunt præcipua. Vnum humidum, alterum fusile. Humidum quidem, quia generibus aquæ variis et inqualibus constat, facile à seipso et ab alio propter inqualitatis conditionem et figuræ speciem moveri sollet. Quod autem ex grandioribus equalibusque et lenibus est compostum, stabilius illo. Et graue propter lenem equalitatem copactum est, sed propter ignis penetratim dissoluentisque impetum equalitate amissa motus fit particeps factumque agile mobileque, à proximo aere pulsus extensusque per terram duo quædam patitur, nam et liqueficit et in terram decidit. primū illud molis purgatio, hoc fluxus cognominatur. Rursus igne hinc euolante, quippe cum non fiat in uacuum exitus, proximus aer pulsus mobile adhuc mole humida in ignis sedes impellit, ipsaque ipsum cōmiserit. Moles denique copulata, iterumque lenem equalitatem adeptam, cum ignis inqualitatis artifex iam abierit, in idem secundum coacernat, atque ignis accessum frigescationem, copulam vero cōgregansque igni abeunte factum, conglutinatione gelidamque rigiditatem vocamus. Ex his vero quas aquas fusiles appellavimus, quod ex tenuissimis lenissimisque sit densissimum, uniforme, splendidum, planumque preciosissima res est, aurum florens per petram compactum est. Auri autem ramus propter densitatē durissimus, et nigro præterea colore suffusus, adamans appellatur. Sed quod auro proximas habet partes, pluresque unæ species continent, aut quoque densius, et terre nœ partis pauca tenuisque particeps, adeo ut asperius durusque sit, verum ex eo quod internalia intrinsecus habet magna, leuus est, hoc genus nitentium concretarumque aquarum vnum est, atque a nominatur. At quando terrena pars huic immixta propter vetustatem a ceteris partibus eius secernitur, ad extremaque emissam superficiem per se ipsa affectu patet, rubigo iam nascitur. Cetera generis eiusdem verisimilibus rationibus assequi, haudquaquam laboriosum est. Quod si quis remittendi studijs gratia rationibus eorum quae semper sunt intermissiones considerauerit verisimiles de generatione probations, atque eiusmodi consideratione sine penitentia accessione delectetur, moderatus in uita prudentemque ludum consequetur. His utique nunc ita concessus, deinceps quae de eisdem probabilitate videbuntur, ita percurrentia videntur. Ignis saepe miscetur aquæ pars tenuis, atque humida fluidaque, sic ideo nominata, quia lubrica terra circumfluit: molis quoque ob eam causam, quia eius bassus minus firmastibilesque quam terra, facile cedunt atque labuntur. Hæc quidem ab igni destituta, ab aere quoque deficeritur, fit lenior, et alienus expressi cogitur in seipsum: neque glacie, atque ita compacta, si supra terram id contigerit, grandiose varietur: si in terra, glacies, quæ quidem tunc fiunt, cum riget caecas posuimus carabinum. Principio sequitur. Carnis generationem, autem quod n. habet, glutinata sunt, cereas. Hacten cum sciret, que causas possunt, solum non possunt, simul igitur alia panenda da. Vt ergo deinceps sequuntur, prima invenient. In primo qualitera mus, quod ita deminem ab eo in nostrum acumen quoddam emulum. Tenuitatem partim, multibus vehementer currit, dividit semper figura ipsius generaliter, non alia natura corporis partibus, meritis, noitur, inducit. Conmanifesta, suam tamen etiam partem, res, cu in corpus infundit, extrudunt, sed in uerum humorum aut refrigerantem tato immobile properat, engustum cogunt. Quod la hac refractione qualemque hinc passionis, frigescit, et deinde aero, et uero ignis acuminis humor, aut deinde, deum, aut deinde, quod eam: res ipsa latitudo, et tamen ratione faciat.

Ignis multiplex genera.

Aeris multiplex genera.

Generatio nes metallo rum et ad amantis.

facit . Cūm n . duo hæc tenuissima sint , & vacuitatibus
 terra minutiora , ita per capacissimos eius meatus sine vla
 la violentia permanant , vt neq; eam dissoluant , neq; li-
 quefaciant . Aquæ verò partes quia maiores sunt , violè
 so fluxu liquefaciunt . Terram itaq; male compactâ sic so-
 la aqua vi soluit , compactam verò duntaxat ignis , ni-
 hil n . præter ignem hanc penetrat . Aquæ rursus concre-
 tionē , violentissimā quidem solus ignis , debiliorem verò
 vtræq; & ignis , & aer diffundunt , aer inquam per va-
 cua , ignis et per triangulos . Aerem verò vi constrictū ,
 nihil nisi per elementum soluit ; sine vi cohærentem solus
 resolutus ignis . Corpora ex aqua terraq; ita composita vt
 aqua terræ inania vi coactata obstruat , sic prorsus se ha-
 bent , vt aqua exterior influere per ea nō posbit , ideoq; mi-
 nimè liquefaciat , sed ignis aquæ meatus penetrans , quæ-
 admodum & aqua terræ inania , atq; ita aquæ afficiens
 vt ignis aerem , cōi corpori liquefactionis causam p̄beat .
 Hac verò partim aquæ minus habent quam terræ , quæ-
 admodum vitri genus , & lapides illi qui fusiles appellâ-
 tur : partim contrâ plus aquæ , qualia sunt oīa aquæ con-
 glutinata sunt , cerea q; euadunt , & vapores emittunt .
 Hactenus eas species quæ figuris , cōmutationibus q; inui-
 cē variantur , penè iam demonstrauimus : quas verò ob-
 causas passiones earū nascantur , deinceps demonstrare co-
 nabimur . Principio sensum his q; dicta sunt , adesse semper
 oportet . Carnis verò & eorū quæ ad carnem attinet , ge-
 nerationem , atq; quoq; quantū mortale est , nondū decla-
 rauimus . Sunt n . hæc à passionibus quæcunq; cū sensu
 sunt , minimè separata , & illæ sine his exponi sufficiēter
 non possunt , simul verò expleri fermè nequeunt . Prima
 igitur alia ponenda sunt : deniq; sequuntur , expedienda .
 Ut ergo deinceps in disputando genera passiones ipse
 sequantur , prima nobis extent q; ad corpus & atq; am per-
 tinent . In primis qua rōne ignis calidus dicitur , videa-
 mus . quod ita demū perficiemus , si discretionē diuisio-
 nemq; ab eo in nostro corpore factâ consideremus , quod n .
 acumen quoddam ea passio est , fermè est oībus manife-
 stum . Tenuitatè verò angulorū laterumq; subtilitatem ,
 paruitatem particularum , motus velocitatem , quibus o-
 mnibus vehemens & penetrans est , velociterq; quod oc-
 currit , diuidit semper & dissipat , considerare debemus ,
 figuræ ipsius generationē memoria repetentes . ea quippe ,
 non alia natura corpora nostra diuidens , & in partes exi-
 guas partiens , meritò passionē illam quæ legitimè calor
 noīatur , inducit . Contraria verò huic passio licet cuīq;
 manifesta , sua tamen explanatione non caret . humidæ
 nang; partes corporum , partibus nostris humidis grādios-
 res , cū in corpus influunt nostrum , minores quidē partes
 extrudunt , sed in earum sedes sese insinuare non possunt ,
 humorem aut nostrū coagulant , atq; ex inæquali & agi-
 tato immobile propter æqualitatē coagulumq; faciunt , inq;
 angustum cogunt . Quod aut præter naturam coactū est ,
 secundum naturam renititur , seq; reuocat in contrarium .
 In hac reluctatione quassationeq; tremor rigorq; cōsistit ,
 omniq; hmōi passio , frigus , quōdue eam infert , frigidū
 noīatur . Durum aut dicimus illud cui caro nostra cedit ,
 molle quod carni : resq; ipsas inuicem & duras & mol-
 les , eadem ratione vocamus . Cedit autem quicquid par-
 uo nititur . Quod verò ex triangularibus basibus firma-
 mentisq; est , vt potè plano vehementer innixum , reniti-

tur maximè atq; resistit : quodue summoperè densum est ,
 contra uenientia vehementer repercuit . Graue præterea
 & leue cū ea natura simul quæ sursum deorsum di-
 citur , commodissimè declarabitur . Sed illud dictu absur-
 dum est , esse duo quædam natura loca à se inuicem lōgo
 interuerso distincta : & vnum quidem deorsum vocari ,
 ad quem locum ea deferantur oīa , quæcunq; mole quan-
 dam corporis habent : alterum verò sursum , ad quem vi
 omnia moueantur . Cūm n . cælum omne rotundum sit ,
 quæcunq; à medio æquè distantia extrema facta sunt , si-
 militer esse oportet extrema . Medium quoq; aequalibus li-
 neis ab extremis vndiq; distans , erogione aque omnia re-
 spicit . Quoniam igitur ita mūdus diffusus est , si quis di-
 citorum quicquam sursum esse dixerit vel deorsum , non
 iniuria errare videbitur . Medius n . locus in ipso , neq;
 sursum , neq; deorsum dici debet , sed medius . Quid rur-
 sus vndiq; circuit , neq; medium est , neq; partem in se ha-
 bet aliam ab alta differentem , quo ad ipsum medium , &
 oīno quicquid sit erogione locatū . Ei verò quod suūp̄ius
 similitudine declinabit : at si quis circa illud obambulet ,
 sepe sibimet plantis stabit oppositis , eandemq; illius partē ,
 tum sursum , tum deorsum vocabit . Itaq; vniuersum ,
 quæadmodum paulo antè diximus , cū sit rotundum , locū
 habere superiorē aut inferiorē vir prudens minimè affir-
 mabit . Sed vnde noīa sunt ista , & in quibus ex intuiti
 ex illis ad mundū totum trāstulimus , hmōi quædam in
 primis ponentes , inuestigemus . Si quis in ea mundi regio-
 ne quam vt plurimū sortitus est ignis , & ad quam vndiq;
 fertur , insideat , vīm aliquam nāscatur , per quā
 ignis partes arripiāt libretq; , aut vbi in flateræ lacibus
 collocauit , vt deorsum in dissimilem detorqueat aerem ,
 constat planè minorem ignis portionē maiori facilius co-
 actum iri . Vbi n . duo simul uno robore suspenduntur ,
 minus quidem magis , plus autem minus inferenti vīm
 cedit . Et vnum quidem graue deorsumq; ferri dicitur ,
 alterum verò sursum ac leue . Idem nobis terram habitā-
 tibus accidit . Nam terra innixi , perq; eam gradientes ,
 terrena genera inuicem separamus atq; distinguiimus , &
 sepe terram in dissimile aerem iacimus violēter , præterq;
 naturam , sepe partes vtræq; cognatae naturæ participes .
 Hic portio minor facilius quam maior ad dissimile locum
 iacta , prius violentia cedit , eamq; leuem cognominamus , &
 locum ad quem compellimus , sursum . Contra
 riam his affectionē graue quiddam , atq; deorsum . Hæc
 vñq; differre inuicem necessarium est , propterea quod ge-
 nerum multitudines locum alijs contrarium obtinent .
 Qnōd enim in alio loco leue est , leui quod in loco est con-
 trario : & graue similiter graui : & ei quod deorsum di-
 citur , id quod deorsum : eiq; quod sursum , id quod dici-
 tur sursum . omnia n . hæc transuersa inuicem & con-
 traria ac penitus differentia esse fieri reperientur . Vnū
 tamen id de his omnibus cogitandum , quod via gressioq;
 singulorum ad simile atq; cognatum ferens , graue facit
 id quod fertur , locum verò in quem tale quid fertur , de-
 orsum . Quæ aliter se habent , aliter efficit . Harū igitur De leni &
 passionū hmōi quædam dictæ sint cause . Lenis & afferæ affero .
 passionis causam quilibet intuitus aperire alijs poterit .

Durities n. hanc inegalitati permixta, illam vero & qualitas exhibet densitati. Sed earum passionum quae circa totum corpus coiter accidunt, ea restat maxima quae voluptatis doloris est causa in his quae diximus. Similiter quacunq; per corporis partes sensibus patent, doloresq; & voluptates cident. Ita igitur omnis ta sensibilis quam insensibilis passionis, causas capiamus, in primis memoria repetentes quod de ea natura quae facile mouetur, deq; ea quae mouetur difficile, supra distinximus. hoc n. patet ea persecuti debemus omnia quae comprehendere cupimus. Quando in id quod facile moueri solet, aliqua vel brevis incidit passio, pars eius quilibet sequentibus partibus vndiq; passionem ipsam transfundit, quousq; ad prudenter sedem perueniatur, ubi per hos quasi nuncios potentia illius quod passionem intulit, noscitur. Quod vero contra est affectum, & immobile quodammodo permanet, circularem illam transmutationem non habet, & ipsum quidem patitur solum, proxima vero minime mouet. Quapropter cum partes alia alijs passionem primam non impertiant, totumq; animal hinc minime agitetur, sensus expers id quod patitur extat. Id profecto circa ossa capilllosq; & reliquas partes quae terrena ut plurimum in nobis sunt, accedit. Visus vero & auditus instrumenta aliter omnino efficiunt, quia illi ignis aerisq; vis maxima inest. Quod præterea ad voluptatem attinet & dolorem, ita consideretur. Passio violenter præterq; natura abunde simulq; nobis illata, molesta fit. Rursus quae in naturam abunde simile reuertitur, dulcis: quae contraria fit, contraria. Passio vero magna cum facilitate illata sentitur quidem maxime, voluptatis aut & doloris minime particeps. hm̄i sunt, quae ex aspectu proueniunt. Cui quidem corpus nostrum cognatum fieri in die supra narravimus, huic adiunctiones sectionesue & quacunq; passiones hm̄i, dolorem non inferunt, nec etiam quando in suam speciem fit restitutio, voluptatem. Sensus tamē vehementes clarissimq; ipsi competent quatenus aliquid patitur, incurritq; in aliquid & attingit. Violentia siquidem huius discretioni concretione nulla penitus inest. Corpora vero ex partibus grandioribus constituta, & vix agenti cedentia, quādo motiones illatas in totum corpus traiacent, voluptates doloresq; continet, quādo videlicet ē suo statu mouentur, dolores, quādo redent, voluptates. Quacunq; paulatim abscessus euacuationesq; sui perpetiū tur, repletiones vero simul atq; abunde, cum euacuationis quidem sensum habeant nullum, repletionis autem habent, mortalitate ipsius potentiae dolores nullos, voluptates vero maximas afferunt. Quod ex suauium odorum perceptione cognoscitur. At quae ē sua natura simul & abunde pelluntur, paulatim vero vix in eam restituuntur, contraria quam superiora affici solent. hoc plane in secundis vrendisq; membris appetit. Iam cōmunes toti corpori passiones, easq; inferentium cognomen attracta uimus. Nunc igitur eas quae certis nostri corporis partibus accidunt, & unde proueniunt, quib; usus causis inferuntur, pro viribus exponamus. Principio que supra quando de humoribus agebamus reliquimus, cū lingua passiones sint, si quo possumus declaremus. Videntur autē hæc quemadmodum & alia multa discretionibus quibusdam & concretionibus fieri, ac præterea lenitate asperitateq; magis quam catena vi. Tenduntur à lingua ve-

næ ad cordis sedem, saporum nunciæ, in quas siqua ita saporest, inciderint ut humidam carnis molitatem penetrantia terrestri sua natura modice liquefacta, venas ipsas contrahant arefacientq; saporem hm̄i parvunt. Videlicet si aſſeriora sunt acerbos aeresq;, si aſſteria minus, austeros & ponicos. Quæ & illas purgat, & si qua lingua inhaerescunt, abluunt, si ultra modum id faciant, naturæq; ipsius non nihil liquefacient, qualis est in nitro potētia, amara oīa nominantur. Sinautem vim nitro temperatorem habent, leniusq; abſtergunt, ſalsa ſine amaritudinis aſſeritate, magisq; amica nobis apparent. Quæ aut applicata oris calidat, ab eoq; molita & feruefacta ipsum viciſim ferueſaciunt, ſuaq; leuitate ſurſum ad ſenſus capitii eleuantur, ſuoq; attractu ſingula diuidunt, propter hm̄i vires acuta vocantur. Quandoq; vero hac eadem ex putredine attenuata angustas venas ingrediuntur, coguntq; partes interiores tam terrenas quam quodammodo aereas iactas inuicem cōmiseri, permixtasq; circulabi alias, & alias ingredi, ingressuq; ſuo penetraſtas concavaſ tensasq; efficere, ubi concavus & ampulloſus humor aeri circumfunditur, isq; humor alias terrenus quoquo modo eſt, alias purus, fitq; ex aqua concava vafculum aeris humidū atq; clarum. Sed quod ex pura nascitur aqua, perlucet vndiq;, ampullaq; vocatur. Quod aut ex lutulento magis humore ſimil agitato quidem elatog, & circuito conficitur, ebulitio, bulla, fermentumq; dicitur. harum omnium passionū cauſa acida qualitas appellatur. His oībus quae de his dicta sunt contraria passio, à contraria cauſa proficiſcitur. Quando vero ingredientium qualitas humida eſt lingua qualitat naturaliter concors & consentanea, ac lenit molitq; eam, contractamq; demulcit asperitatem, & q; in nobis præter naturam contracta vel ſparsa fuerunt, relaxat vel coligit, ac ſummatim naturalē ſingulis reſtituit habitum, ſuave hm̄i omne amicumq; eſt oībus, violentiarum quoq; passionum medicina atq; remediu, dulceq; vocatur. Circa narium vim species non ſunt. Semigenia n. odorum natura. Speciei vero nulli competit odorem ullum habere. Sed noſtra circa hæc venæ ad terræ & aquæ genera angustiores ſunt, ad ignis vero aerisq; genera latiores. Quocirca nemo vñquam ictorum aliquem ſenſit odorem. Sed in maledictione quorundam, vel putredine, vel liquefactione, vel evaporatione gignuntur odores. Cum enim in aerem aqua vel aer in aquam tranſit, in medio istorum odores ſiunt, omnisq; odor aut fumus eſt, aut caligo. Sed horum quod ex aere mutatur in aquam, caligo, quod vero ex aqua in aerem, fumus. hinc fit ut aqua odores tenuiores ſint, aere crassiores. Quod maxime perſpicuum ſit, quando certa quadam re naribus occurrente aliquis in ſeipſum vehementer ſpiritum retrahit. Tunc ſane nullus ſimil influit odor, ſpiritus autem ab odore nudus ſolus ſequitur. Dua igitur hæc in his varietates abſque nomine ſunt, nec ex pluribus, nec ex simplicibus ſpeciebus, ſed duo ibi nomina tantum manifeſta ſunt, ſuave ſcilicet & moleſtum. Hoc quidem diſturbat volatq; oīm eam capacitatē q; à ſummo capitii vertice ad umbiliū protendit. Illud vero eandē mulcet, & amico quodā i gressu naturalē eius ſeruat habitū. Tertia pterea vim ſentiedi, auditū uidelicet, ita cōſiderare debemus, ut quibus ex cauſis passiones eius proueniant, exponamus.

gnus. Omnino igitur vocem ponamus pulsationem quan-
dam ab aere, per aures cerebrumq; & sanguinem usque
ad aiam penetrantem. Natam quoq; ex ea motionem in-
cipientem à capite, & in sedem iecoris desinentem, au-
ditum vocemus. Motio quidem velox, acuta prouenit:
tarda, grauis. Una equalis atq; lenis, contraria vero
aspera. At agna que multa, parua que pauca. Harum
vocum concordiam consonantiasq; in sequentibus declarabimus.
Sequitur quartum sentiendi genus exponendum,
quod varietatem in se plurimam continet: & que sub eo
sunt oia, colores vocantur. Est aut color veluti flamaula
quædam fulgorq; à singulis corporibus emanans, partes
habens visum ad sentiendum accommodatas. Causas vero
ex quibus visus gignitur, supra tractauimus. Nunc de
coloribus potissimum hoc paœ probabilita dicenda videtur.
Que ab alijs delata partibus in aspectu cadunt, partim
minora, partim maiora, partim visus ipsius partibus a-
equalia sunt. Aequalia quidem sentiri non possunt, q; dia-
phana i. vtrix, perficua no antur. Minora vero aut
maiora partim discernere, partim contrahere visum dici
mus, instar eorū que caliditate vel frigiditate carne, aut
eorum q; acrimonia vel acumine caliditatē lingua con-
cerahunt vel discernunt. Atq; ea que visum sic afficiunt
alba nigræ vocamus, que quidem passiones eorum sunt
q modo narrabam, & illorum quidem germana eademq;
quodammodo, sed in genere alio, diversa tam propter has
causas esse videntur. Sic utiq; appellada sunt ista: quod
visum disgregat, albu: nigrum vero, quod congregat.
Motione profecto acutiorē alteriusq; generis ignis, inci-
dente differtemq; visum usq; ad oculos, orbesq; ipsos
oculorū meatusq; vi diuerberante liquefacentemq; igne
esse dicimus ex opposito obuiante, cuius occursu lacryma,
corpus ex igni & aqua mixtu, effunditur. Et uno qui-
de igne velut è corruscatione quadam exiliente, altero ve-
ro penetrante, & ab humore extinto, varijs creantur ex
lmoi mixtione colores: atq; ipsam passionem fulgorē cor-
ruscationemq; vocamus: quodue id facit, splendidu atq;
corruscū. Horum medium ignis genus ad oculorū humorem
perueniens, illiq; se miscens, minime quidem corruscū, sed
ex ipsa ignei radij ad humorem admixtione, sanguineū
creante colore, rubeum noū auimus. Splendidum albumq;
rubeo mixtum flaviū procreat. Quo aut mensura modo
singula singulis misceatur, et si quis nouerit, narrare pru-
dentis non est, presentim cum neq; necessariam, neq; ver-
isimilem de his rōnem afferre ullo modo posit. Rubeum
cum albo nigroq; purpureum generat. Paulò obscurior
moreus luteolusq; fit color, quando his inuicem conflatis
adustisq; magis est adiuncta nigredo. Fuluum flavi fu-
scis temperatione producitur. Fuscum vero albi &
nigri confusione. Pallorem albi flaviq; copula generat. Splé-
didum albo adiunctum plurimam obfuscum nigredine cæ-
ruleum efficit. Cæruleum cum albo glaucum creat. Ful-
ui nigriq; temperie color viridis nascitur. Cetera fermè
ex his oia manifesta sunt. Si quis enim superiores mix-
tiones imitatus reliquos colores exequitur, probabilibus
rationibus disputabit. At si quis horum discussionem pro-
bationemq; opere ipso aggreditur, quid inter humanam
diuinamq; naturam intersit, ignorare videbitur. Nem-
pe deus multa in unū colligere, rursusq; unū in multa
producere sufficiens est. scit n. simul ac potest. Homo

autem nullus qui alterutrum valeat, aut est nunc, aut
inquam erit. Hæ sanè oia ita tunc naturaliter affecta
ex necessitate ille pulcherrimi optimi operis fabricator ē
hic que gignebantur assumebat, quando deum seipso suf-
ficiens, & perfectissimum generabat: utens quidem
causis ad hæc ministris, quod autem bene se habebat, ipse
in singulis agens. Duas n. causarum species distinguere
debet. Nam quidem necessariam, altera vero diuinam. Due causa
Ac diuinam in oib; querere, ut beatam vitā quoad na-
turæ nostræ possibile est, adipiscamur. Necessariam quoq;
causam illorum gratia perscrutari. Cogitare n. oportet
absq; his illa in quibus studium ponimus, non posse intel-
ligi, vel comprehendendi, vel quocunq; aliter percipi. Quo-
nam vero nobis in praesentia veluti fabris materia subla-
cet, causarum videlicet genera vicem fermè iam præpa-
ratæ materiæ obtainentia, ex quibus est sequens disputatio
contexenda, rursus ad principium breuiter redeamus, ci-
trog illuc regrediamur, unde hucusq; processimus, atque
ita demum finem apicemq; disputationi, qualem superio-
ra exigunt, imponamus. Quæ admodum ab initio diximus,
cum hæc ordine carerent, singulis deus, & ad se, &
ad alia inuicem eatenus modum rōnemq; proportionis indi-
dit, quatenus suscipere singula poterant. Tunc profecto
nil erat ordinis, nisi forte casu aliquo, particeps: nec
quicquæ tunc aqua vel ignis vel aliud aliquid eoru que
modo apud nos no antur, iure vocandum erat. Verum
hæc primum oia exornauit, deinde ex ijs hoc uniuersum
constituit, at al unum, at alia in se oia mortalia & im-
mortalia continens. Et dinorū quidem ipse est autor,
mortaliū vero generationē natus suis tradidit absoluendam.
Illi igitur suū imitati parentē, principiumq; aī a im-
mortale suscipientes, at am ipsam mortali corpore clausen-
tunt, totumq; corpus anima, quasi vehiculū subdidere,
atq; in eo aliam anima speciem mortalem fabricauerunt,
qua graib; necessarijsq; perturbationibus afficeretur.
Quarū prima foret voluptas esca maxima mali, Dolor
deinde fugia impedimentumq; bonorum, Audacia præ-
terea metusq; consultores amentes: accederet & implaca-
bilis iracundia, Spes et blanda conciliatrixq; cum irra-
tionali sensu, amoreq; oī unū inuasore. Illi ergo hæc mi-
scentes necessario mortale genus composuerunt. Ceterum
ne diuinum illa mortalium contagione, nisi quantū sum-
ma necessitas cogeret, pollueretur, scorsum ab illo in alia
corporis sede mortale collocauerunt: atq; à pectori caput,
ceruice & collo interiecto separauere. In pectori igitur
& thorace mortale genus anima posuerunt: cumq; id na-
turaliter partim melius, partim deterius esset, disposue-
runt rursus thoraci capacitem, discernentesq; sedem
tangam virorum alteram, alteram fœminarum. Car-
tilaginem. n. quandam nomine diaphragma, quod etiā ma-
phrenas vocant, inter hæc medianum interiecerunt. Partē
igitur anima fortitudinis iracundiaeq; participem conten-
tiosamq; capiti propinquorem fecere inter diaphragma
ceruicemq; mediam, ut hæc obediens rationi, una cum i-
psa cupiditatum genus vi illata coerceat, si quando rōnis
in arce capitis habitantis iussa cupiditas restuat. Cor ve
rō venarum originem fontemque sanguinis per omne cor
origo, & sa-
pus impetu quodam manantis in stipitorum regione guinis fons.
suspendere voluerunt: vt quando iræ vis exardescit,
ratione nunciante siquid extrinsecus iniuste fiat, vel
intrins.

intrinsecus aliqua concupiscentia turbet, tunc celeriter
 per angustos quo slibet meatus quicquid in corpore sensus
 est particeps, iussa minasq; persentiat, atq; ita obediat
 obsequatur qm omnino, toleret qm in omnibus prstantissimi
 illius imperium. Cum vero cognoscerent cor rerum terri-
 bilium obiectu trepidaturum, & ira sepius flagraturu, Prudentia
opm.
 Pulmo. idq; opus omne per ignem fore, astus huiusmodi tempe-
 randi gratia, pulmonum tegmen cordi adhibuerut, mol-
 le primum atq; exangue, deinde causis extrinsecis fistu-
 lis spongiae instar distinctum, ut spiritu potuq; hausto cor-
 dis ardorem huiusmodi respiratione & refrigerio tepefa-
 ciat. Quam ob causam arterias tanquam aqueductus per
 pulmonum substantiam deriuarunt, eamq; cordi, quasi
 mollem saltum circuiderunt, ut quando nimia feruet ira,
 inde ad faciliorem obedientiam temperatu deferveat, sed a-
 toq; tumultu roni facilius cum ira ministrare & obsequi
 valeat. Postremo eam ait a parte, quae esculenta & pocu-
 lenta cupit, & reliqua oenno quibus corpus indiget concu-
 picit, media regione inter diaphragma & umbilicum ap-
 plicauere, ubi quoddam quasi praesepa ad totum corporis ali-
 moniam extare volebant, & ibidem illam vim ait a tanta
 quam agreste ait al allegauerunt. Hic sane illam corpus
 suum alere necessarium est, si quidem mortale quandoq; fu-
 turum est genus. Ut ergo ad praesepa semper illa pascatur,
 habitetq; procul a consultore, ideoq; illum clamore
 & strepitu suo minimè turbet, sed permitat, pricipium
 nostri ducem tranquillo in otio coi omnium utilitati con-
 sulere, regionem idcirco inferiorē ipsi habitandam di-
 disse videntur. quoniam vero videbat deus partem illā
 ait a talem fore, ut rōnem non exaudiret: & si quo sensu
 pulsaretur, nullo modo rōnibus obtemperaret, sed simul-
 acris visisq; nocte dieq; maximè raperetur, idcirco natura-
 ram icoris procreauit, & in eius habitationem disposita,
 densam inquam naturā, lenem, claram, dulcem, & amaritudinis non experte: ut cogitationū ex mente descen-
 dens potentia in ipso icore velut in speculo figurā susci-
 piēt, aspectuq; simulacra reddente, quodq; recepta ter-
 reat ipsum, quandocq; cognata amaritudinis parte vsa,
 minasq; intēdens, & toti repente suffusa icori felleos ter-
 ribilesq; colores ostērat, contrahens præterea ipsum rugo-
 sum & asperum totum reddat, ac fibras eius bīle, eiusq;
 ventriculum, & venas quae portae vocātur, sic afficiat,
 ut partim ex habitu recto defleclens atq; contorquēs, par-
 tim obstruens & concludens, dolores detimentaq; pbeat.
 At rursus quando mansuetudinis ex mente inspiratio co-
 traria visa effingit, amaritudinem quidem sedans ex eo
 quod aduersam sibi naturā neq; cire neq; attingere uelit,
 dulcedine vero illi ingenita vts, & omnia recta, le-
 nia, libera in ipso digerens, tunc sane pacatam mansue-
 tamq; partem anima in icore habitantem facit, adeo ut
 etiam in somno moderatē affecta sit, vaticinioq; vñatur,
 quando rationis prudentiaq; est expers. Qui enim nos co-
 posuerunt paterni illius mandati memores, quo mortale
 genus praceperat quam optimum pro viribus fieri, ita
 deteriorem nostri partem instituerunt, ut ipsa quoq; veri-
 tatis foret quodam modo particeps. siquidē in ea expleri va-
 ticiū statuerunt. Quod aut dementia humana deus di-
 uinandi vim dederit, illud argumento esse nobis potest,
 quod nemo dum sanæ mentis est, diuinum & verum va-
 ticiū ullum assequitur, sed cūm vel somno pruden-

tiae vis præpedita est, vel oppressa morbo, vel diuino ali-
 quo raptu ē suo statu dimora, fieri diuinatio solet. Pru-
 dentis vero duntaxat officium est, quæ a fatidico furen-
 teq; ingenio dormiendo vel vigilando pronunciata sunt,
 intelligere, & quacūq; visa illuxerint, ratiocinatione
 ita discernere, ut qua quidq; rōne, & cui futurum ali-
 quid, vel præteritum, præsensue bonum vel malū por-
 tendere videatur, explanet. Illius aut qui mansit ma-
 nēq; adhuc in furore, non est officium qm viderit aut pro-
 tulerit indicare. Scitum profecto priscum id dictū: A-
 gere sua, seq; ipsum cognoscere, solius prudenter est opus. De liem.
 Hinc lex inbet diuinis vaticinij iudices præsse propheta-
 tas, quos vates quidam noī ant, ignorantes prorsus eos o-
 raculorum visorumq; quæ obscuris voluminibus inuolu-
 tur, interpretes esse, noī vates. Quare qui vaticinia iu-
 dicant, non vates illi quidē sed prophetæ. i. vaticiniorum
 interpretes pronunciatoresq; vocādi. Atq; iecoris quidē iecur.
 natura ob hanc causam talis facta est, & in ea sede qua
 diximus collocata. diuinationis scilicet gratia. Ac etiā
 vidente unoq; talium signa clariora exprimi solet vi-
 ta vero priuato, cecitas accedit, nec euidens quicquid sit
 vaticinij signū. Proximum huic ad sinistram locatum est
 huius gratia membrū, ut purū hoc semper clarumq; red-
 dat, & instar speculi nitens atq; perspicuum, ad imaginesq;
 exprimendas accommodatum. Quapropter quando propter De iecur.
 corporis morbi sordibus iecur abundant, liueni raritas id
 purgans, eas combibit, cū membrum hoc concavum sit
 & exangue. Vnde purgamentis impletū, excrescit tu-
 metq; sanie. Ac rursus cū mundanū corpus est, restri-
 ctū in seipsum cōsideret. Quid igitur aī a mortale, quid di-
 uinū habeat, & ubi, & quibusq; & quare hac inter se
 distincta sint, diximus. At quod reuera ita sit vt dixi-
 mus, ita demū assumeremus, si diuinū confirmaret oracu-
 lū, quod vero verisimile sit ita esse, & nūc & deinceps
 diligenter et inuestigando assuerare non dubitamus, atq;
 in præsentia ita sit nobis assertum. Quod autē hac sequi-
 tur, similiter est tractandū. Reliquum est n. quā rōne
 cetera corporis mēbra digesta sunt, enarrare. Itaq; hac
 potissimum rōne constare hæc decet. Cognoscebat illi pro-
 fecto nostri generis fabricatores nos ad cibum potumq; i-
 temperatos fore, ac propter in gluiem plus quam modus
 aut necessitas postularit, ex his sumptuosos. Igitur ne sub-
 itus propter morbos interitus proueniret, atq; ita imper-
 fectum mox genus mortale desineret, inferiorem ventre De iecur.
 fabricauerunt ad esculentorū poculentoī superabun-
 dantiam capiendam. Eum præterea sp̄ris intestinorum
 circumplicauere, ne subito alimenta nobis assumpta de-
 fluarent, ac rursus noui alimenti confessim necessitas im-
 mineret. Ob illam enim inexplabilem perpetuāque vo-
 ragine genū nostrum philosophie musicæque & mo-
 derationis omnis expers relictum fuisse, illi parti quæ
 in nobis diuinissima est, minimè obsecutum. Ofiū re-
 rō & carnis ceterorūque huiusmodi ita est natura con-
 posita. His nempē omnibus medullā generatio initium
 præbuit. Vincula enim vītæ illius quam anima corpo-
 ri iuncta ducit, applicata medullā, ex eāque per omne
 diducta, vinciunt fulciuntque corporis nostri construc-
 tionem. Ipsa vero medulla est ex alijs generata. Sunt
 quidem trianguli primi quidam & indeflexi, lenesque
 ad ignis, aeris, aquæ, terra, exactissimam generationem
 accomm.

accommodatisimi, è quorum generibus singulis deus se-
cernens singulos, & inuicem contemperatos permiscens,
totius generationis mortalium sementem fomitemq; con-
stituit, dum medullæ ex his substantiâ procrearet. Post
ea verò serens in ea, animarum genera alligauit. Figu-
ras præterea quotq; & qualesq; ex singulis speciebus
adesse medullæ oportuit, tot penitus, atque tales statim
in prima illa distributione distinxit. Et illam quidē me-
dullæ partem, in quam velut agrum quandam diuinum
semen iaciundum erat, globosam & vndiq; teretem fin-
xit: atq; encephalum i. cerebrum, idcirco voluit noſari,
quia unoq; animali deniq; absoluto fasculum cerebri
capax, cephalum i. caput, vocandum erat. Quod autē
reliquas mortalesq; aīa vires comprehensurum erat, ro-
tundis simul oblongisq; figuris ornauit, totumq; medullæ
voluit nominari: atq; ex ijs quasi quibusdam ancoris ia-
ciens totius animæ vincula, circa illas iam uniuersum no-
strum corpus absoluit, osiumq; textura extrinsecus eas
fulciuit. Os verò ipsum ita compositum, terram atterens
puram lenemq; miscuit, madefecitq; medulla. Id postea
in ignem iecit, deinde in aquam mersit, rursus in igne,
iterum & in aqua. Atq; ita ſepe transferens in utrūq;
vale reddidit, vt à neutrō liquefieri posset. Hoc igitur
vſus ſphæra oſſea quaſi torno facta cerebrum circumſepſit.
Huc angulos reliquit meatus, & circa cernicis simul
dorsiq; medullam ex ipſo rotulas vertiginesq; effingens,
quaſi cardines ſubdidit, ita vt à capite per totum proten-
derit. Sic utq; ſemen oē ſeruant, dum lapideo ambitu
circuallauit. Articulos in ſuper addidit, alterius ipſius
natura vſus in iſis tanquam media quadam exiſteat po-
tentia motus flexionisq; gratia. Arbitratuſ vero oſſium
naturam aridiorem rigidioremq; quam oporteat fore, &
cum ignita euafuerit atq; ē frigefacta, illa ſuam corruptu-
ramq; citò ſemen internum, neruorum carniq; genus ef-
finxit: vt neruis quidem membra reliqua vincentibus,
intenſis remiſiūq; circa cardines ipſos, corpus oēm ad fle-
xionem tensionemue promptum & agile redderet: caro
verò tegmen foret aduersus frigus atq; calorem: & que-
admodum externa corporis fulcimenta ſolent, ad casus
varios munimentum: praesertim quia talis erat futura,
vt molliter leniterq; corporibus cederet. Cui calidum id-
eircò humorem indidit, vt aſtate quidem roſcida madia-
dagis extrinsecus, toti corpori domesticum præbeat refige-
rium, hyeme vero rursus proprio igni exteriore glacie
moderate repellat. Hec cum ſector ille noſtri corporis cogi-
taret, mixtione quadam ex aqua, igne & terra cōtem-
perata, & acuto illis ſalſog; fermento adhibito, ſucci ple-
nam ac mollem carnem conſlauit: naturam vero neruorū
ex oſſe & carne non fermentata vnam ex utrūq;
potentia medianam temperauit, flauoq; infect colore. Hinc
fit vt carne quidem tenſor & aridior, oſſibus autem agi-
lior molliorq; ſit neruorum ſubſtantia. His deus medullā
ſimul & oſſa deuinxit, & hæc omnia carnibus cooperuit.
Quæ igitur oſſa animata maximè erant, pauciſimi car-
nibus adoperuit: quæ vero minimè, contrâ plurimis atq;
traſiſimis. Iuncturis in ſuper oſſium, præterquam ubi
neceſſitat̄ ratio aliter poſtulabat, paucas carnes adiecit,
ne flexionibus impedimento foret, tardaq; ad motū corpora
facerent, ne ſuā quadam ſolidacraſitudine obtuſiori
mole ſenſuum aciem hebetarent, momoriās impideſent,

De capillis.

ingenij acumen obtunderent. Quamobrem inguimum, ti-
biarum, iliorum, brachiorum, lacertorū oſſa, & catena
oīa qua articulis carent, quæ uero intus latentia oſſa pro-
pter aīa paucitatem in medulla, prudentia vacua ſunt,
multis ſunt carnibus adoperta. Paucioribus vero q; pru-
dentiam habent, niſi forte carnosa quadam moles proprie-
ad ſenſum aliquem aptata ſit, qualis eſt lingua. In cate-
rus eſt, vt diximus. Naturā n. ex neceſſitate genita atq;
nutritā nullo modo os compactum carnemq; multam ſi-
mul & acutum ſenſum admittit. Maxime nang oīum
ea capitis compoſitio habuifet, ſi una concurrere potuiſ-
ſent: genus, hoīum pungue, neruſum, robustumq; ha-
bent caput, vitam duplam, ac et multò diuurnorem,
validorem, placidiorem quā nos poſſediffet. Ceterū
noſtri illis fabricatoribus de noſtro genere consultantibus
utrum diuurnius quidē, ſed deterius, an breuioris qui-
dem vita, ſed melioris, efficerent, viſum fuit vita breue
melioremq; diuurna & deteriori eſſe oī no anteponeād.
Itaq; caput oſſe raro texere, ſed carnibus neruisq; quia fle-
xiones non erat habiturum, non fulcierunt. His oībus
de caſis caput membris oībus acutius ad ſentīdum pri-
dentiū ſit, ſed imbecillius eſt conſtitutum. Neruos aut ob-
hanc rationem atq; hoc pacto deum extrema parti capitis
circumponens, ſpina dorsi eos quadam ſimilitudine circu-
plicauit, ſummasq; illis maxillas ſub vuln̄ deuinxit, re-
liquos per oīa membra diſſeminauit, articulum conne-
ctens articulo. Noſtri præterea illi exornatores, oris natu-
ram dentibus, lingua, labijs, ita vt nunc videmus, ne-
ceſſariorum ſimul & optimorum gratia ornauerunt. Nā
ingreſſum quidem neceſſariorum, egressum vero optimo-
rum gratia ex cogitauere. Nempe neceſſariū eſt quicquid
ad alimoniam in corpus admittitur. Verborum aut efflu-
xi minifra prudentia, effluxiōnū oīum optima eſt atq;
pulcherrima. Caput præterea nudo oſſe relinqui oī alio
tegmine deſtitutum non poterat, propter caloris frigorisq;
excessum: neq; rursus carnium pondere prægrauatum,
ſenſus expers obtuſumq; reddendum erat. Carne igitur
non penitus deſiccata reſiduum quod maius ſupererat ſe-
gregatū eſt, cutisq; ipſa circa cerebri humorē ſibi iun-
cta & germinans caput circuueſtiuit. Humiditas autē
ſub iuncturis ſcaturiens irrigauit, copegitq; ipſam ad
verticem. Iuncturaruſ vero ſpecies varia propter circu-
tionū alimoniamq; potentiam facta eſt: & his quidē ma-
gis inuicem pugnantibus plures, minus vero pauciores.
Hanc oēm cutem vndiq; igne pupugit percuſitq; deus.

minimè impediret. Ea verò quæ in digitis est nerui, pel-
lis, & ossis cōplexio, aridior facta, coi quodam vno du-
riori, cuius tegmine est adoperta. Cuius quidē accessoria
ministraḡ causa in y's quæ diximus constitit: principalis
aut̄ causa in ea intelligentia quæ id futurae commoditatis
gratia fabricant. Quod n. ex viris quandoq; mulieres
& cetera aī antea erant futuræ, nostri illi opifices non
ignorabant. quinetiam quod vnguiū vsum bestie quoq;
multæ ad opera multa erant habituæ, intelligebant.
Quapropter hōes statim genitos vnguibus armauerunt.
Hac vtrig; rōne, & his de causis pelle, capillis, vngui-
bus extrema membra operuere. Quoniam vero partes &
membra oīa mortalib; aī antis in mutua quadam cognatione
genita erant, vitamq; necessariō in igne ac spiritu
posidebat, ne aī al ipsum ab his resolutum exhaustumq;
cū deficeret, hoc dī consilio prouidere. Quippe humani
generis naturam quandam cognatam alijs formis sensi-
busq; miscentes, quasi aī al quoddam aliud plantauerūt.
Talia sunt domesticæ arboreæ, planta, semina, qua con-
sita nunc cultaq; ab arte mitia nobis sunt: quondam ve-
rō sine cultura, agrestia. Quicquid n. vitæ est particeps,
iure aī al noī abitur. Quod aut̄ nunc dicimus, tertia aīæ
speciei est particeps, quam inter diaphragma & vmbili-
cum locauimus. Cui opinio, ratio, mens nulla penitus
inest. Sensus vero suavis & tristis vna cū cupiditatib;
conuenit. Oīa siquidem continuè patitur. Cum vero
in seipso ad semet conuertatur, externumq; respuat motū,
& proprio motu domesticoq; vtratur, idcirco huic natura
non tribuit, vt quicquam pensi habens, suorum aliquid
consideraret. Quapropter vita quidē fungitur, nec est
ab aī ali diuersum. quia vero illa vi qua quid seipsum
transfert, orbatum fuit, stetit rigens, & fixū radicibus
hast. Cū hac oīa superiores illi nostri ad nutrimentū no-
bis inferioribus suppedit assent, in nostro corpore quasi quo-
dam horto meatus veluti aquæductus varios diduxerūt,
vt liquoris deriuatiōe irrigaretur. Principio meatus oc-
cultos sub conflatione cutis & carnis, duas scilicet venas
in tergo diuiserunt, secundum geminam corporis ipsius fi-
guram, ad dexterā & sinistrā. Has vtrig; ad spinā de-
miserunt, medianāq; medullam genitale comprehendere, vt
& hac quām maximè vigeat pulluletq;, & vberior hēc
ad alia quasi declivis effusio, irrigationē aquabilem præ-
beat. Post hēc partientes circa caput venas, easq; inuicē
ex opposito implicatæ, partim à dextris ad sinistra, par-
tim à sinistris ad dextra corporis differtierunt, vt capiti
ad reliquum corpus vna cū cute conexio foret, postquā
neruis quidem non erat circulo quodam secundum verticē
comprehensum atq; distinctum: atq; etiam vt sentiendi
vis ab utrisq; partibus per totum corpus vndiq; demana-
ret. Hinc vero aquæductum hoc ordine deduxerūt: quē
planè perspiciemus, si hoc inter nos primum asseuerabi-
mus. Quacunq; ex minutioribus componuntur maiora de-
tinent: quæ vero ex grandioribus, minutiora cohære-
non possunt. Ignis autem præ ceteris generibus, minu-
tissimis constat particulis. Ideoq; aquam, aerem, terrā,
& quæ ex his componuntur omnia, penetrat, translitq;
vqueadē, vt nihil ipsum valeat cohære. Idem quoque
de nostro vtero cogitandum. Nempe cibos & potus inge-
stos retinent. Spiritum vero & ignem, quia eius com-
positione tenuiores sunt, demorari non potest. His igi-

tur v̄sus est deus ad irrigationem ab vtero in venas perficiendam. Rete n. quoddam ex aere atq; igne instar gibbosæ saganæ contexuit. Vbi duo sunt ad ipsum introitum
gibbi conuexa: quorum alterum bifarium bino pulsū iterum implicavit, & ab ipsis gibbi conuexis veluti funes per totum corpus v̄sq; ad texturæ illius extrema circundat. Interiora igitur ipsius tricæ oīa ex igne composuit, conuexa vero & receptaculū ipsum ex aere. Demū hac assumens in animali formato hoc paclō disposita. Conuexa quidem in os dimisit. Cū vero conuexū gibbosumq; sit duplex, per arterias alterum in pulmonem v̄sq; traicit, alterum circa arterias in vterum. Alterū vero partitus vtrāq; illius partē ad fistulas narium cōster duxit, ita vt quando alterum ad os non peruenit, ex hoc ipso oīs illius fluxus meatusq; repleantur. Alteram vero gibbi retisq; capacitatatem circa oīs partes corporis concavas esse voluit. Idq; omne alias quidem in conuexa incuruag; confluere molliter, quasi aer illic sit, effectit: alias aut̄ conuexa incuruag; ipsa refluere: Rete vero quoniam rarum sit, corpus penetrare per ipsum, rursusq; emergere. Radios aut̄ ignis interiores successione continua subsequi, in vtrāq; partem aere transeunte. Idq; donec mortale consistit animal, fieri nunquam cessat. Huiusmodi agitatio nem, meritò expirationem refrigerationemq; nominata esse censemus. Omne autem hoc opus omnīq; nostra hæc passio in corpore fit, irrigatione quadam & refrigerio ad vitā & nutrimentum. Quando n. expirante & respirante halitus, ignis simul interior sequitur, perq; vterum dif-
fusus pocula etiā esculentag; offendit, liquefacit protinus ipsa, partitur in minima, per exitus quā progressio patet tāquam ex fonte quodam educit: in meatus videlicet venarum trajicit quacūq; exhaustis, atq; per corpus quasi vallem venarum fluente diducit. Sed videamus iterū quibus causis respiratio hunc in modum quem nunc cernimus fuerit instituta. Cuius quidem rei talis erit consideratio. Quoniam vacuum nūquam est, quō quicquā corrum quā perferuntur, ingredi queat, spiritus aut̄ nobis euolat, cuius constat in vacuum quidem hunc spiritum euolare, sed proximum sibi ē sua sede depellere, depulsum rursus illum proximum sibi semper extrudere, ac secundiū necessitatem hmoī quicquid in sedem illā percuditur atq; impellitur, vnde exclusus est halitus, ingressum illuc re plensq; halitus ipsum subsequi. Idq; totum simul reuolutione quadam, qua nūquam sit vacuum, fieri. Quam obrem cū pectus pulmonesq; spiritum efflauerint, mox aere corpori circumfuso meatus corporis penetrante replentur. Ac rursus euolans à corpore aer & emissus anhelitus inspirationem intrō retrahit cogit per oris nariumque meatus. Cansas vero quā his principium dant, huiusmodi ponimus. Omne vniuersi huius animal in venis & sanguine calorem quasi fontem ignis aliquem posidet. Idq; retis saganæ comparauimus, per medium extensum, totumq; ex igne contextum, cū exteriora omnia ex aere sint. Calorem sanè putandum est natura sua in regionem suam extrā ad id quod sibi cognatum est emanare. Cū vero discursiones duæ sint, vna per corpus extrā, altera rursus per os ac nares, cū anhelitus ad alia impetum facit detruditq;, alia contrā retrahit atq; repercutit. Quod aueem retractum est, in ignem incurrens calescit: quod exhalavit, friget. Dū ergo caliditas perm

permutatur, & quæ alio transitu vtuntur, calescunt, ac rursus quod feruet ad naturam suam emigrat, & hac emigratione alia in aliud iter repercutit, rursusq; hæc idem perpetiuntur aguntq; semper, certè anhelitus hic circulo quodam hinc & illinc iugiter fluctuans expirationem & inspirationem continet. Quinetiam causæ passionum quæ ex attractu ampullarū ex corpore à medicis sunt, atque etiam potionis, & eorum insuper q; iaciuntur, sive emituntur sublimia, seu deferantur humi, hac utiq; rōne tra-
Etandæ videntur. Voces præterea, q;ung, veloces & tardæ, acute & graues audiri solent, alias diffona propter motus eius qui in nobis ab ipsis fit, dissimilitudinē, alias propter similitudinē consonæ. Priorum n. Velociorumq; cessantes motus, iamq; ad simile quiddam progressos, tardores ipsa voces succedentes illis, eosq; mouentes, occupant: comprehendentes vero non aliud quidem motum enjicendo perturbant, sed tardioris lationis initium secundum principium velocioris inducunt. Dum vero desinere motionis similitudinem sibi quandam accommodant, unum ex acuta & graui concentum contemperant. Vnde in insipientibus voluptatem, sapientibus gaudium propter diuinæ harmoniæ imitationem in lationibus mortali-
bus repertam, tribuunt. Eadem ratio est de aquarū flu-
xibus, de fulminū impetu, de electri mirabili illo attrahenti, lapidisue illius qui Heraclius no[n]atur. Reuera nullius horum attractio fit: sed cū nusquam sit vacuum, et hec seiuicē pulsent, atq; repulsent, concretaq; & discreta sum locum singula poscant, diligenti harum verum inuestigatori ex his mutuis passionib; euentus illi mirabiles contingere videbuntur. Atqui respiratio, unde huic digredi sumus, ab his causis, & hunc in modum, ut suprà diximus, prouenit. Dum videlicet ignis cibos dividit, eleuatq; intrinsecus affectus spiritum, venas à ventre comuni eleuatione huiusmodi replet, ex eo quod attrita inde haurit, & ob hanc rationem per totum animalium omnium corpus alimentorum liquores penitus diffunduntur. Statim vero attrita & a cognatis suis ablata partim fructibus, partim graminibus, quæ deus ad alimoniam corporis nostri produxit, colores propter mutationem omnino varios habent: sed plurimus in his rubens præualet color, cuius natura ex ignis portione & abstersione in humido facta prouenit. Propterea eius quod in totum corpus permanat, color, talis aspectu est, quam diximus. Id sanguinem nominauimus, carnium & vniuersi corporis pabulum: unde irrigatio distributa pas-
sim exhausta cuncta replet. Modus autem implexionis evacuationisue talis est, qualis in vniuerso cuiuslibet latio, per quam cognatum quolibet ad seipsum se confert. Quæ enim nobis extrinsecus circumfusa sunt, resoluunt nos assidue, & singulas nostri portiones ad species suas foras emittunt. Sanguinea vero in nobis attrita inclusa visceribus, ut par est in quolibet animali fieri sub cœlo constituto, cotius lationem imitari coguntur. Cum igitur attrita qualibet in nobis cognatum poscant, exhausta qualibet implent. Porro quando abscedit plus quam accederit, decrescit animal: quando contraria fit, augetur. Recens igitur animalis cuiuslibet compositione cum nouos velut ex ligneo quodam contextu triangulos habeat, validam quidem eorum structuram possidet: moles autem eius tenerior tota coaluit; quippe quæ ex recentiori medulla concreuit nuper, & lacte nutrita est. Susceptos ergo triangulos illos extrinsecus incidentes ex quibus cibi potusq; constantur, triangulis proprijs antiquiores imbecillioresque, iuniorum vi perirent & conterit, & grande animal ipsum reddit, dum ex multis similibus alit. At cùm triangulorum suorum radicem compaginatq; relaxat, ex eo quod magnis laboribus longo tempore aduersus multa certando fatigata & domita sit, tunc sane alimenta suscepta in similitudinem suam non potest comminuendo redigere, sua vero membra ab ingredientibus facile dissipantur. Hinc iam minui ac deficere omne incipit animal, cùm superatur, detrimeturq; istud senectus appellatur. Finis vero tunc obuenit, quando triangulorum illorum ex quibus medulla conficitur, olim coaptata vincula, nihil amplius necessitunt, sed defatigatione iam relaxata nexus animæ deserunt. Anima vero claram secundum naturam cum voluptate protinus euolat. Quicquid enim contraria naturam sit, molestum: quod autem pro rei natura, iucundum. Similiter & mors quam morbi & vulnera intulerunt, violenta est atque molesta: quæ vero senio paulatim ad finem deducente naturaliter surrepit, inter omnia mortis genera leuisima est, & cùm voluptate potius quam dolore contingit. Morbi autem unde nascantur, quis dubitet? Nam cùm quattuor illa sint ex quibus compactum est corpus, Terra, Ignis, Aqua, Aer, horum non naturalis excessus, defectusq;, & ex loco proprio in alienum translatio, per quam quod sibi conueniens est, non tenent, intestinam quandam seditionem & morbos inferunt. Quando enim præter naturam vnumquaque fit aut transfertur, calescunt utique que ante frigebant, arida madent, grauescunt leuia, & cetera omnia similiter permutantur. Solummodo vero idem aliquid sibi met secundum idem, atque similiter & debita proportione seruata accedens vel decedens, permittit se idem sibi ipsi sponges integrumq; manere. Quod autem aberrat, sive accedendo seu decedendo, mutationes varias, morbos, corruptiones infinitas inducit. Ex secundis quoque compositionibus secundum naturam constitutis secunda bona vel mala valetudinis conjectura id quærenti cuique dabitur. Cum enim medulla ex illis & os & caro & nerui constiterint, sanguis præterea ex ipsis quamvis alio modo concreverit, ceteri quidem eueniunt plurimi quemadmodum superiora contingunt, maxi-
mi vero morbi atque grauissimi hoc pacto nascuntur. Quando videlicet ordine conuerso ista ex se inuicem sunt, proculdubio corrumpuntur. Nempe secundum naturam carnes & nerui ex sanguine generantur: nerui quidem à villis & ligamentis propter cognationem, carnes autem à coagulatione quadam eius quod secretum à villis & ligamentis concrevit. Quod rursus à neruis & carnis emanat glutinosum & pingue, simul quidem carni, ut plurimum ad os natum, ac etiam os ipsum medullā circundans nutriendo exauget. Quod rursus per os natum crastitudinem stillat purissimum genus triangulorum, lenissimumq;, & pinguedine abundans, dum defluit ex ipsis, atq; delabitur, medulla irrigat. Quatenus igitur singula hunc in modū sunt, bona valetudo seruatur. Mala vero sequitur valetudo, quando fit contraria. Nam quoties eliquata caro tabe rur-

sus transmittit in venas, sanguis vna cum spiritu mul-
tus ac varius in venis, coloribus diversis amaritudine, &
& acidis falsisq; infectus saporibus, bilem, curorem, pu-
tuitam gignit quam plurimam. Quæ quidem omnia rur-
sus sic genita & corrupta sanguine ipsum in primis infi-
ciunt, & ipsa nullum nutrimentum adhibentia corpori,
feruntur passim per venas nullo prorsus naturalis circu-
itus ordine obseruato. Inimica sane inter se se ista sunt,
propterea quod nullum sui sibi inuicem præbent usum. Na-
turali præterea corporis habitudini suoq; in statu perseue-
ranti dissoluendo & liquefaciendo plurimum aduersan-
tur. Portio namq; carnis vetustissima cum liquefcit, ad
digestionem concoctionemq; ineptissima, propter veterem
exustionem nigrescit: quia vero contabuit, penitusq; ex-
esa est, amaritudinem contrahit, ceteris omnibus corpo-
ris partibus nondum contaminatis aduersam: & tum
quidem pro amaritudine niger ipse color acerbitatem &
acrimoniam habet, eo iam quod amarum fuerat magis
attenuato: tum vero amaritudo rursus sanguine tincta
colorem habet rubrum, sed nigro huic admixto felleum.
Præterea flanus color cum amaritudine coit, quando ob-
ignis flamمام noua caro liquefcit. Et nomen quidem
omnibus his comune bilem imposuit vel medicus aliquis,
vel certe eo ingenio præditus quispiam quo multa &
dissimilia diffidere posset, ac rursus genus in multis vnum
vno cognomento dignum inspicere. Quæ vero bilis species
appellantur, pro colorum varietate rationem singulis pro-
priam acceperunt. Crux præterea, qui sanguinis residuum
& defluxus est, lenis est ac mitis: qui vero bilis atræ a-
crisq; agrestis, quando propter caliditatem salsò sapori
misceretur, huiusmodi quiddam acida pituita nūcupatur.
Sæpe vero tenerioris recentisq; carnis portio quædam vna
cum aere colliquescit, deinde vento inflatur incluso, hu-
miditate protinus circunfusa: fiuntq; ex hoc ampulla, q
sigillatim propter paruitatem videri non possunt: iunctæ
vero simul & in grandiore tumefacta molem, conspi-
ciuntur, colorēmque propter spuma generationem ha-
bent album. Omnem hanc tenerioris carnis eliqua-
tionem vna cum spiritu factam, quæ ex humiditate
vento circunfusa tumescit, albam pituitam appellamus:
recentis item pituita residuum defluxumque la-
crymas atque sudorem, & quotunque alia in qua quo-
tidie corpus resolutur. Atque hac omnia instrumen-
ta morborum, quando scilicet sanguis non cibis &
potibus secundum naturam, sed ex contraryis præter
naturæ leges excrescit. Quando igitur caro quælibet
circunditur, eiisque radix permanet, dimidia quæ-
dam est calamitatis potentia. Facilè enim restaura-
tur. Quando vero quod carnes ossibus alligat, agro-
rat, & sanguis ex illis ac nervis defluens haud am-
plius nutrit ossa, carnemque renuncit, sed ex pingui
& glutinoso aper, salsus, siccus, & squalidus ini-
quitate victus est factus, tunc certe quod omnia ista
perpetitur, abscissum ab ossibus sub carne nervisque ri-
get. Caro etiam à radicibus decidens nudos relinquit
nervos, & salso obductos humore, & in fluente san-
guinis permanans, morbis quos supra diximus nume-
ro etiam plures reddit. Graues quidem hæ corpori-
bus passiones: quæ vero has præcedunt, admodum
grauiores. Quando videlicet os ob carnis crassitudi-

nem respirationem non habet sufficientem, ideoque pu-
tredinis calore vexatum atque restrictum, alimenta
non suscipit, rursusque ipsum in illam contrâ decidit
frigescitum. Illa vero in carnem, caro in sanguinem
rurus delabitur. Vnde aciores superioribus mor-
bi nascuntur. Extremum vero omnium est, quando
medullæ natura propter defectum aliquem aut excessum
agrotat. hinc enim omnium vehementissimi &
ad mortem periculosissimi morbi proueniunt. tunc e-
nim omnis compago corporis necessario dissipatur.
Tertiam post hac morborum speciem tripartito diuidi-
mus. Alius enim spiritu, alius pituita, aliis bile
creatur. Nam cum spiritus ipsius custos, & quasi pe-
nuarius pulmo distillatione occlusus libera & expedita
spiracula nobis non exhibet, & hinc quidem nullus
mittitur spiritus, illinc vero plusquam oportet accipi-
tur, tunc quæ respiratione & refrigerio carent, marce-
scunt. Quod vero accipitur nimium, per venas tradu-
clum eas contorquet, liquefacitque corpus, eius in me-
dio diaphragma, medium scilicet interpositum occu-
pans: hinc morbi admodum molesti multo cum sudore
innumerabiles oriuntur. Sæpe etiam intrâ corpus dis-
creta & rarefacta carne innascitur spiritus: qui cum
foras egredi nequeat, ipsius quibus & ingressi aliunde
spiritus, doloribus afficit. Sed ingentibus tunc af-
fligit doloribus, quando nervis proximisque venis
circunfusus hæc inflat, & ligamenta continuosque
nervos à tergo intendit atque detorquet. Qui sane mor-
bi ab ipsa intendente & instanti passione tensiones, &
à tergo contortiones cognominantur, quorum difficile
remedium est. Subiectæ enim febres hos maxime sol-
uunt. Alba vero pituita propter ampullarum spi-
ritum intus inclusa difficultis: ad exteriorem cutem de-
lapsa, mitior, sed corpus varijs sordibus aspergit, al-
bisque inficit maculis, atque morbos alios eiusmodi ge-
nerat. Atræ vero bili permixta, cum diuinissimos
capitis meatus illabitur, dissipare eos solet atque tur-
bare. Si dormientibus id contingat, mitior: si vigi-
lantibus, expulsa difficilior. Cum vero sacra natu-
ræ languor hic sit, haud abs re sacer morbus est ap-
pellatus. Proinde pituita acida atque item salsa, lan-
guorum omnium qui distillatione fiunt, origo est. quo-
niam vero plurima loca illabitur, malas gignit va-
letudines plurimas. Quæcumque autem partes corpo-
ris tumescere dicuntur, à bilis incendio, & combustio-
ne vexantur. quæ cum expirat, extrinsecus varios &
stū suo tumores producit: intrinsecus vero cohíbita-
rentes edacésque morbos plurimos procreat. Tunc au-
tem pessima est, quando pus sanguini mixta & vil-
lorum ligaminumque fila suo ex ordine dimouet. que
ideo in sanguinem diductæ & sparsæ sunt, ut medio-
crem tenuitatis ex crassitudinis habitum consequatur:
neque propter caliditatem cum ipse sit lubricus, raro ex
corpo defluat, neque si crassior sit, ad motum fiat ine-
prior atque ager per venas fluat & refluat. Ad hanc
vitique naturæ commoditatem, huiusmodi peropportuna
sunt ligamenta, quæ si quis etiam mortuo, & ob fri-
gus rigente sanguine inuicem conducat, & contrahat,
reliquis sanguis omnis diffunditur. Cum vero missæ
fuerint, illico cum præcedente frigore restringuntur.
Quoniam

Quoniam vero hanc vim nulli huiusmodi in sanguinem
habent, cum bilis natura sanguis vetus evaserit, ac rur
sus ex carnibus in hunc fuerit resoluta, calida & humi
da paulatim primam incidunt villorum illorum usque cōpre
sse restringitur. Compressa vero extinguitur violenter, pro
cellam intus tremoremque ciet. Ceterum quando vberior af
fluit, calore proprio ligamenta exuperans, praeferente modū
exstans, seruat quidē, ac si continuē ad finem usque ido
nea Victoria sit, penetrat in medullas, adiungit radicibus
inde anima vincula, quasi nauis funes resoluta & ampu
tat, liberamque dimittit. Sed cum inferior adest, corpusque
liquefcens ei resistit, ipsa deuincta, aut per totum corpus
excidit, aut per venas in uentre inferiore superiorē mū
compulsa tanquam transfuga ex seditione ciuitate, sic ef
fugit ē corpore, morbosque eos inducit, quos Diarrhoeas u
cant, & Dysenterias. i. fluxus ventris lubricos, fluxusque
mordaces, necnon multas generis eiusdem alias molestias
infert. Quando igitur corpus ignis potissimum excessu lan
guet, continua febre laborat: quando vero aeris, quotidiā
discreta. Aqua tertiana, propterea quod aqua se
gnior est, quam ignis et aer. Terra demum excessu, quar
tana. Terra siquidem omnium tardissima, quarto gradu
cum sit, temporis circuitu quarto feruet, defervetque: hinc
quartanas inuenit febres, quae vix seroq; sanantur. At
que hoc quidem pacto corporis morbi contingunt. Animā
vero morbi propter corporis habitū ita nascuntur. Mor
bum animā dementiam esse censemus. Eius genera duo
ponimus. Insaniam et Imperitiam. Quaecunq; igitur pas
sio alterutrum istorum infert, animi aegritudo est nuncu
panda. Idcirco voluptates doloresque admodum vehemen
tes, morborum animā oīum grauiissimi iudicandi. Quis
quis. vel nimia gestit lātitia, vel nimio dolore deprimi
tur, dum illam audiens importuniusq; asciscere, hunc ut
tare obnixe conatur, neq; cernere, neq; audire rectè qui
quam potest, sed rabie furit, & in eo habitu constitutus,
minime rationis est compos. Qui vero fluido stupidoq; cir
ca medullam abundat semine, vtq; arbor pluribus quam
conueniat fructibus grauida nimia vberitate luxuriat, is
profecto multis passim doloribus, multi item voluptati
bus in libidinibus ipsis earumq; fœtibus, fructibusque, affe
ctus, per omnem fermē vitam ob ingentes voluptates dolo
resque insanit, ac furit: cumq; huius animus propter corpus
eger sit atq; insipiens, vulgo tamen non eger. sed pro vo
luntate sua, ut liber affectus falso putatur. Veritas au
tem sic habet. Nempe venereorum intemperantia ma
xima ex parte propter generis unius habitum per os
suum raritate in corpore lubricum madidumque, animi in
firmitas est. Ac fermē omnis voluntatum incontinentia,
qua perinde ac si sponte improbi simus vituperari solet,
non recte ita vituperatur. Nemo enim sponte malus,
sed propter prauum quēdam corporis habitū rudemque, edu
cationem, malus omnis fit malus. Omnibus autem ad
uersa inimicaj, haec sunt, & mala noxiaq; contingunt.
Rursus dolore afflictus animus similiter propter corpus
in prauitatem plurimam incidit. Acri enim & infe
sta pituita, amari item felleaque humores, quando oberrā
tes per corpus non exhalant, sed per viscera reuoluti va
porem suum penetralibus anima ipsius infundūt, lan
guores anima varijs & magis, & minus, tum plu
res, tum pauciores efficiunt. Perferuntur sane ad tres

animæ sedes humores vaporesque huiusmodi, ac pro loci di
uersitate unusquisque variis species generat, difficultatis
atque molestia, audacia rursus timiditasque, obliuionis
præterea, atque hebetudinis. Sæpe etiam ad pranum hunc
corporature, & affectionis habitū accedunt mores ciuita
tis iniqui, sermonesque & priuati, & publici non parum
omnino noxy, nec illa doctrina ad tantorum malorum
remedia à tenera etate discuntur. Atque ita quicunque
nostrum praui sunt, duabus ex causis præter voluntatem
maxime contingentibus, praui sunt. huiusmodi quidem
malorum cause serentibus potius quam satis, educanti
bus, quam educatis attribuenda. Conandum tamen pro
viribus, educationis, studiorum, doctrinarum, diligen
tia improbitatem rejicare, assequi probitatem. Sed horum
quidem tractatio alio constat differendi modo. Nunc iam
conuerso quo cultu quibuscue causis corporis animique salu
tem adipiscamur, decet exponere. Iustius enim est de bo
nis quam de malis verba facere. Omne bonum pulchru
pulchrum vero sine mensura & moderatione esse non po
test. Ideoque animal quod tale futurum est, conuenienti
mensura moderatum esse oportet. Ex eorum autem nume
ro, quæ cōmensurata moderataque dicuntur, exigua qua
dam persentimus & iudicamus. præcipua vero & ma
xima ignoramus. Porro ad bonam & malam valetudi
nem, ad virtutes & vitia nulla moderatio vel immode
ratio maioris momenti, quam anima ad ipsum corpus es
se videtur. Horum nihil consideramus, neque animad
uertimus, quod quando robustam magnamque animam
imbecillior inferiorque vehit species, vel quando contraria
inguntur, totum ipsum animal pulchrum esse non po
test. maxima enim mensura & moderatione caret.
Quod autem contraria affectum est, spectaculorum omnium ei
qui id valeat intueri, pulcherrimum amabilissimumque
apparet. Corpus quidem quod grandioribus vel in aqua
libus cruribus, aut quoque alio modum excedente membro
secum ipso dissentit, & deforme est, & in ferendis la
boribus contorquetur, vacillat, lassatur, & concidit, in
numerabiliumque malorum sibi causam præbet. Idem quoque
iudicandum de eo ex anima & corpore composito, quod
animal appellamus. Quando n. anima corpore admodum
potentior est, exultat in eo atque effertur, totum ipsum in
trinsecus quatiens languoribus implet. Quando etiam ad
discendum inuestigandumque collectis in unum viribus
vehementer incumbit, liquefacit protinus corpus & la
befactat. Denique cu ad docendum differendumque priua
tim & publicè ambitiosa quadam concertatione contendit,
instamat corpus atque resolutus. Nonnunquam etiam distilla
tiones fluxusque cōmonens medicorum plurimos decipit, co
gitque illos contrarias causas iudicare. Rursus quando cor
pus grande et pigriore mole superexcedens pusilla exiliq;
cogitationi animi copulatur, cum gemina sint in homine
secundum naturam cupiditates, una quidem per corpus
alimentorum, altera vero per id quod diuinissimum no
bis inest, prudentia: tunc sane potentioris illius præuale
tes agitationes quod suū est aduentus, quod vero animi,
hebes, indocile, obliuiosum redditunt, atque ita infirmitate
maxima videlicet imperitiam generant. Una demum est
ad utrumque salus & conservatio, ut neq; animam sine
corpore, neq; corpus absque anima moueamus, ut in mu
tua contentione exequatis inuicem viribus insurgentia
T. ij bonam

bonam totius ualitudinem tueantur. Quapropter quicunque mathematicis doctrinis operā dat, aut cuius mentis indagationi vehementius studet, debet et motum corporis adhibere, & in gymnastica exercitatione versari.

Ac rursus qui summa corpus diligentia firmat et roboret, atque quoque vicissim motus adiungere, musica & oībus philosophia studijs usus, si modo quis iure bonus simul & pulcher sit appellādus. Similiter quoq; partes curare debemus, totius specie imitati. Cum n. corpus ab ingredientibus incendatur intus, frigidūmū fiat, & iterum ab extremis aridū madidūmū reddatur, et quæ deinceps hæc sequuntur perperiatur, quando quis oīū agens corpus motionibus his comittit, superatū ab his dissolutur. At si quis in curādo corpore illam imitetur naturā quam altri cē vniuersi vocauimus, ita ut nunquā torpere permittat, sed moueat semper ingiq; agitatione īternis extēnq; motibus secundū naturam ubiq; resistat, et moderata quadā comotione aberrantes passiones corporis partes q; cognationis rōne seruata vicissim in ordinem redigat et exornet, secundū sermonem illum superiorē quem de vniuerso habuimus, nequaquam sinet inimicum inimico admotū p̄lia in corpore morbosq; ciere, sed efficiet potius ut amicā adhārens amico sanitatem corporis tueatur. Omnia ue-
rō motuum optimus ille est, qui in seipso fit. Nā
& mentis, & totius ipsius motioni cognatisimus est.

Qui verò ab alio fit, deterior. Deterrimus aut̄ motus, quando iacens & quietem agens corpus, ab alijs secundū partes mouetur. Quapropter purgationum constitutio-
numq; omnium corporis, quæ exercitatione gymnastica fit, saluberrima est. Proximè ad hanc accedit veclio fa-
cilius, siue nani, seu quois alio vehiculo peragatur. Ter-
tia comotionis species tunc demum cū summa cogit necessi-
tas, vilis, alter verò nullo modo sana mētis hoc suscipienda. Medicorū illa purgatio est, quæ pharmacijs. i. so-
lutiū medelis, fieri solet. Morbi n. nisi periculosissimi
sint, pharmacia irritandi nō sunt. Omnis nāq; morborū
constitutio animalium naturā quodāmodo similis est. Sa-
nē animalium compositio ab ipso generationis exordio cer-
tis temporum curriculis terminatur: idq; & genus vni-
uersum patitur, & animal vnumquaque ab ortu fa-
tale viuendi spatiū in seipso exceptis necessarijs passio-
nibus, continet. Etenim trianguli ab ipso initio singu-
lorum vim possidentes usque ad certum tempus sufficien-
ter ad usum vitæ coherent, ultra id vita nemini proro-
gatur. Idem quoq; constitutionis modus languoribus con-
uenit. Quos si quis citra fatalē temporis cursum pharma-
cias amputare contenderit, ex paruis ingētes, ex paucis

Diligentia' victus cor-
rigēdi mor-
bi.
De purga-
tionibus.

multi euadere cōsueuerunt. Quapropter diligentia vicitus
corrigēdi & gubernandi sunt morbi, prout cuique da-
tur otium, neg diffīlē infestumq; malum pharmacis in-
stigandum. Ac de cōmuni quidem animali & parte il-
lius corporea, qua diligentia regenda & gubernanda
sint, vt ratio viuendi seruetur, satis est dictū. ipsum ve-
rō quod gubernaturū est, multo magis ac prius ita pro ui-
ribus instruendū est, vt quā optimē atq; pulcherrimē ad-
regendū sit p̄paratum. Exacta quide huius rei discus-
sio propriā sibi et integrām disputationem exigere. Quā-
tum uero forte ad id quo de agimus attinet, si quis per su-
periorum vestigia gradiatur, non absurdē sic maximē
procedendo ad commodum istorum finem perueniet. Sæ-

pe in superioribus diximus tres esse animaæ species in nobis trifariam distributas, singulasq; suos motus habere. Ita nunc paucis concludamus, quæcumq; illarum torpet, & à suis motibus otium agit, imbecillissimam necessario redi: quæ verò agit assidue, robustissimam. Quapropter danda est opera, vt species singulae motus suos inter se mo-
deratos conuenienti tenore conseruent. De p̄fistantissima igitur animaæ nostra specie ita est sentiendum. Nēpi hanc Deus, vt dæmonem nostrum cuique tribuit: hanc in summa corporis arce sedem habere dicimus, atque ad cœli co-
gnationem à terra nos tollere, tanquam animalia cœlesti potius quā terreno semine nata. Quod quidem recte ad modum dicitur. Vnde enim primus animaæ datus est or-
tus, inde diuina uis caput radicemq; & originem nostra pendentem suspendens, totū dirigit corpus. In eo igitur qui concupiscentiæ & ambitiōiæ iracūdia affectibus ex-
plendis incumbit, necesse est opinione omnes mortales fieri, atq; cum quā maximē fieri potest mortalem prorsus euadere cū mortalem naturam pro uiribus auxerit. At eum qui totus discenda ueritatis cupiditate flagauerit, atq; omnem eius operā p̄cipue in hoc uno impenderit, necesse est oīno si quidem ueritatem attingat, immortalia & diuina comprehendere: & quatenus humana natu-
ra immortalitatem assequi potest, eatenus hunc penitus immortalē euadere, nullā uidelicet immortalitatis par-
te dimissa. quinerium cū semper diuinum colat, ipsumq; familiarem dæmonem in se habeat ornatisimum, p̄ci-
pue beatum fore. Cultura aut̄ cuiusq; omnino una est, pro prium cuique pabulum motumq; tribuere. Ei uero quid in nobis diuinum est, motus cognati sunt, uniuersi ipsius cognationes atque circuitus. Hos itaque secutum unum-
quenq; nostrum oportet discursiones illas nostras in capite olim à prima generatione corruptas, per ipsam mundanæ harmoniae revolutionisq; intelligentiam ita corrigeret, ut intellect & rei intelligentem vim secundum prislinam na-
turam similem reddat, per quam similitudinem vita à Deo optimē nobis proposita, & in p̄senti tempore, & in futuro finem adipiscamur. Sed iam disputatione illa de vniuerso usque ad generationem hominū nobis proposita finem penē suū adepta videtur. Ceterorū verò anima-
tiū generationem quatenus duntaxat necessitas postulat, paucis perstringemus. Sic enim modum in hac disputatio-
ne tenere sibi quisq; videbitur. Verū de his iam ita dicimus. Quicunq; virorū iniusti timidiq; vixerunt, quem-
admodū probabilis ratio nobis ostendit, in generatione se-
cunda in fæminas sunt conuersi. Quo quidem tempore hæc ob causam dī coitus amore machinati sunt. Igitur in
viris vnum quiddam, in fæminis alterum vitæ & aīa
composita composuerunt. Ipsum potius discursum, quo per
pulmones sub renes in vesicam defluens & spiriti mi-
xtus eliusq; depromit, dī in fistula modum in compa-
Etiam medullam à capite per cervicem & spinam deriu-
uerunt. quod quidem Sperma. i. semen, in superioribus
nuncupauimus. Hoc aut̄ utpote animatum ac respirans,
qua parte spirat, per eandē vitale effluendi desideriū gi-
gnit, atq; ita generandi amorem nobis inseruit. Quocir-
ca pudendorum nature in viris insita vis, inobediens at-
que imperiosa, & quasi animal non exaudiens rationem
furiosarum libidinum violentia subjcere sibi cuncta co-
natūr. Vulna quoque matrixq; in fæminis eadem ra-
tione

R I TIAL
ATLANTIC
MARSILLIA
ARTYLLI

tione animal auidum generandi, quando procul à fœtu per etatis florem, aut ultra diutius detinetur, ager fert moram ac plurimū indignatur: passimq; per corpus obrans, meatus spiritus intercludit, respirare non sinit, extremis vexat angustijs, morbis deniq; omnibus premit, quousq; vtrorūq; cupidio amor, quasi ex arboribus factū fructumue producunt: ipsum deinde decerpunt & in matricem velut agrum infargunt: hinc animalia primum talia, ut nec propter paruitatem videātur, neccum apparet formata, concipiunt: mox quæ conflauerant, expli cant, ingentia intus enutriunt, demum educunt in luce, animalium generationum perficiunt. Mulieres huc in modum & fœminæ omnes sunt genite. Autum autem genus ex nostro ita est apte formatum, ut pro pilis pénas acciperet. In hoc illi homines transiunt, qui simplices & innocentes cū sint, leues tamen sunt, & frustra in rebus sublimibus curiosi: quinque adeo fatui sunt, ut oculorum iudicio confisi, hoc altissima quæq; firmiter demonstrari posse non dubitent. Gressibulum vero ferarum genus ex his natum hominibus, qui à philosophia penitus alieni ad cœlestia nunquam oculos erexerunt, ex eo quod volutionibus illis, que in capite peragi solent, non nunquam sunt, sed illas animæ partes secuti quæ in uentre & pectore dominantur. Ex his vtiq; studijs anteriora membra & capita ob ipsam cognitionem humi penitus defixerunt: in longum productum ac diuersum corporis verticem tenuere: quan doquidem ibi propter desidiam singulorum collisi sunt & contracti circuitus, & ideo quod quattuor pedum ac etiā plurium est instituta figura, ut insipientioribus deus maiorem ex pedibus multis atq; progressu occasionem praestet, per quam magis etiā deflectantur ad terrā. Eos aut qui horum insipientissimi erant, corpusq; in terram penitus prosternebant, quasi nihil ultra pedibus opus foret, in corpora carentia pedibus, & humi serpentina permutarunt.

Quartum genus aquaticum est, ex illis natum qui stolidissimi & imperitissimi fuerant, quos nostri illi transformatores pura respiratione dignos idcirco non iudicauerunt, quia propter extrema transgressionis iniquitatem anima impurissimā prorsus habebant. Ideo ex tenui ac pura aeris illa respiratione, in aqua respirationē profundā turbidāq; merserunt. Vnde pisces et ostrearum ac deniq; aquatilium orum orta est multitudo: in qua certe mutatione illi ex sediū extremarū habitatione inscitiae quoq; extrema dant pœnas. Hunc in modum & olim & nunc in se inuicem animalia migrant, dum mentis et dementia iactura vel adeptione mutantur. Nam igitur nostra haec de vniuerso disputatio finem habeat. Mortalia.n. et immortalia. Vincita mundus hic sortitus, atq; inde cōpletus, ita deniq; faētus est visibilia cōprehēdēs animal, intelligibilis dei imago, sensibilis, maximus, interminatus, pulcherri mus, perfectissimus cœlum unum hoc atq; vñigenitum.

C R I T I A S , V E L , A T L A N T I C U S .

M A R S I L Y F I C I N I
A R G V M E N T .

P L A T O noster officiosissimus patriæ sue filius laudauit eam in Menexeno ex rebus contra orientales, laudat rursus in Critias ex rebus contra occidentales strenuè gestis. Atque utrobique

commendat ex muliis, tum dei, tum naturæ artisque muneribus; simulq; commonefacit omnes ne patriæ sint ingrati: ac dum virtutem Atticam tam orientem quam occidentem plagam superasse commemorat, interea docet & omnia domari virtute, & viros virtute præditos, tum in occidentibus, id est rebus aduersis, tum in orientibus, hoc est secundis recte feliciterq; se gerere. Nec iniuria possit Timaeum de mundi generatione, legi vult Critiam de antiquitate mundi. Videtur autem neque huic historiæ finem imposuisse, neque sequentem historiam sub Hermocratis titulo promissam compoisse. Hanc autem non sicutam quidem, sed veram historiam extitisse, constat. Primo quidem, quia ubiunque singit aliquid, solet fabulam nominare. Hic vero tanquam historiam audet assertare. Deinde idem omnino assert in Timaeo, appellans rem miram quidem, sed omnino veram. Et à quibus accepta sit diligenter utrobique recenset, scilicet à maioribus suis atque gentilibus. Critias enim hic ab aro Critia, ille vero à Solone patruo suo, qui litteris quoque mandauit, Solo ab Aegyptiis sacerdotibus. Præterea Proclus Marcelli cuiusdam de rebus Aethiopum adducit historias, in quibus haec manifestissimè confirmantur Aethiopum rebus gestis in ferta. Et si Platonicorum nullus historiam negat, Porphyrius tamen, Proclus, & ante hos Origenes, allegoriam insuper volunt physicam continere. Quos equidem vereor ne si conentur singula allegoria ad vnguem accommodare, ab ipso Platone derideantur, in exordio Phædri curiosas vim in huiusmodi rebus allegorias sub persona Socratis irridente. Verum ne Anagogicum sensum, quo prorsus neglecto nemo sit Platonicus, omnino negligere videamur, Pallas quidem sit numerus intellectuali vite præsidens, Neptunus vero numen souens generationem atque gubernans. Athemenses figure sint animarum intellectu solo viventium, numinumq; similium. Atlantici vero figure numinum generationi fauentium, animarumq; corporibus coniunctarum ad generationis officium totiusque ornatum. Conuentissimè vero per occidens, per mare, per insulas, per varias locorum partitiones, ipsa generationis materia mobilitasque diversa significatur. Bellum præterea sit studiosa contentio, per quam superiora numina, inferiora assidue in se conuentunt, & animas quasi ferro & igni à materia motuque segregant. Proinde quod Neptunus ex muliere filios procreavit, intellige vel ex terra genuisse, vel afflatu quodam ex priori vivendi forma in alteram formam regenerasse. Quinque vero partus, quinque sunt forma corporum, quas in hoc materie mari perpetua agitatione componit, scilicet lapides, metalla, plantæ, animalia partim ratione carentia, partim prædicta ratione. Decem vero filij sunt, quolibet enim pars gemini concevantur. Nempe in quouis composito elemetalis coalescit virtus, simulq; virtus quedam cœlestis infunditur, quam medici virtutem nominant specialem. Ex geminis autem quinque partibus decem filij computantur. At quinque Zonæ siue spiræ arcem Neptuneam circundantes, quinque sunt sphærarum naturæ, cœlestis, ignea, aerea, aquæ, terrea. Partim vero terrenas ait, partim aquæas, ut statim in rebus significaret & motum. Communis vero per omnes meatus, mutuam inter se rerum significat generitatem. Commemorat & metalla, ut per septem metalla, septem planetarum influxus intelligamus, generationem omnium moderantes. Aurum quidem Soli, Argentum Lunæ, Plumbum Saturno, Eleærum Iovi, Ferrum & Marti, Veneri Oriachalcum, Mercurio Stannum Platonici tribuant. Mensurae vero earumq; numeri partim ex historia, partim ex architecluræ ratione ducantur. Nonnulli tum operis, tum eloquij gratie decoriq; attribuendum. Sed de allegoria fermè iam satis. Nam vero sic libri huius mysteria confirmemus. Platonici deos quidem alios, ut eorum verbis utar, supercalestes, alios vero cœlestes, & alios subcalestes esse putant. Et primos quidem filios dei, sequentes vero omnes deorum filios nominant. Rursus in primis amplissimam prouidentiam, in secundis minus amplam, in tertijs ad angustiora redactam colloquunt, ut potè qui iam certis terræ plagiis rerumq; generibus diuina distributione presenti: quemadmodum & celestes alij, alijs cali partibus stellarum præponuntur. Hi ergo subcalestes dū certò quodam ordine, alij gentes alias gubernandas ab initio suscepserunt. Ab initio inquam vel geniti mundi, vel generis humani regeniti. Siquidem post ingentes terreni orbis illuiones, Plato homines arbitratur eiusmodi deorum opera ex ipsa terra veluti matre diuinitus generari. Posse n. illos gignere: per ideam videlicet humanam quasi semen. Posse & terram parere, novo abundanteq; humore persimam, & accedente calore facundam, sive post aquarum collutiones sequentur tepidi soles, sive post uasta quæda incendia pluviæ & verius afflant. Homines vero à diis è terra progenitos, Heroes nominant, qui à parentibus occulta quadam mentis ad mentem persuasione recte ab initio multa per secula fuerint. Quoniam vero longo temporum tra-